BENE VORTAT! 26

DISPUTATIO INAUGURALIS
DE

COLLECTIS
ET
CONTRIBUTIONIBUS IMPERII AC PROVINCIARUM,

Vulgò

Reichs- und Land-Steuren/

QUAM

Annuente Divino Numine,
Decreto & autoritate Amplissimi JCtorum Ordinis,

SUB PRÆSIDIO

Nobilissimi, Amplissimi & Consultissimi VIRI,

DN. FRIDERICI GERDESII,

Jurispr. Doct. Cod. & Pandect. Prof. Ordin. Consistor. Reg. Adsessoris Gravissimi, Facultatis suæ Decani Spectabilis, Dn. Fautoris & Amici plurimùm colendi,

Pro summis in utroque Jure privilegiis & Honoribus Doctoralibus impetrandis,

publico Examini submittit

Philipp Heinrich Rateke / Lubecensis,

loco & horis consuetis, ad diem IV. Mensis Maji.

GRYPHISWALDIÆ, Typis Matth. Doischeri, 1681.

PRÆLOQUIUM.

SCitè apud Curtium Darius, non speciosa dictu, sed usu necessaria sequenda monet, quippe quotidiana, necessaria & in publicum profutura plenius, omninò, hujus in Remp. redundantis utilitatis causa, observari merentur, *l.* 25. §. 2. *ff. de liber. legat. l.* 9. *in fin. ff. de precar.* ne ceu notabiliter accidentia pro neglectis habeantur, *l.* 15. §. 26. *ff. de injur.* vel neglecta publicè privatimque officiant. Quæ verò magis frequentior, utilior, vel usu necessaria, imò antiquior sit contributionis materia, vix liquet, utpote quæ simul cum imperiis nata eximiam in otio pariter ac bello utilitatem ab omni ævo exeruit, quando pacis semper extitit ornamentum, sed belli subsidium, observante *Cicerone pro lege Manil.* Unde prudentissimè Senatus Romanus Neronem cuncta vectigalia abrogaturum edocuit, dissolutionem Imperii futuram, si fructus, veluti Reipubl. sustentacula, nervi ac spiritus diminuerentur, *Tacit. lib.* 14. *Annal. & lib.* 4. *Histor. Plinius in Panegyr. Trajani pag.* 32. Ex adverso cæteri Orbis Romani Imperatores varia contributionum genera etsi modum quandoque excedentia introduxerunt, veluti superinductum, *l.* 1. *C. de superind.* Aurum coro-

narium, *l.* 1. *C. de aur. Coron.* Auriargenteum pulchro nomine fœdisſimum, *Nicephor. lib.* 16. *Hiſt. Eccleſ. c.* 40. Centeſimas, Quadrageſimas, Quinquageſimas, *Tacit.* 13. *Annal.* & Viceſimas hereditatum, *l. fin. c. de Edict. Div. Hadrian. toll.* Imò de variis penſitationum, tributi, Cenſus, Collectæ, Gabellæ, ejusq; affinium nominibus & generibus fusè propterea agunt *Chaſſanaus in Conſuet. Burgund. des juſtices rubr.* 1. §. 4. *in verb. indire impoſer. v. adverte itaque. f.* 114. *& ſeq. Ludovic. Molina de Tribut. Diſp.* 601. *&* 602. earumque originem ab antiquisſimo tempore repetunt *Choppin. de Domanio lib.* 1. *tit.* 1. *n.* 4. *&* 5. *Bodin. lib.* 1. *c.* 10. Nec non pagina ſacra illas antiquitus in ſignum ſubjectionis, urgente eas ſive publica necesſitate, ſive utilitate, ſolutas agnoſcit & adhuc ſolvendas imperat, *Matth. c.* 17. *v.* 25. *Luc. c.* 4. *v.* 12. *& cap.* 21. *v.* 22. *Roman. c.* 13. *v.* 6. *&* 1. *Pet.* 2. *v.* 13. Quare dum ea eſt hujus materiæ necesſitas, ea utilitas, ejusque ab omni ſeculo obſervantia, nec minus hodiè illa auguſtiora ſæpè Judicum ſubſellia occupat, imò quotidiè in cujusvis privati ædibus iniquo utplurimùm judicio vendilatur, hanc præ cæteris in Diſcurſum Inauguralem ſeligere, de ejusque cauſis, occaſionibus & modis ſtrictâ brevitate disquirere lubido eſt. Tu, alme DEUS, adeſto labori, ſed Tu, candide Lector, fave conatui!

THESIS I.

DE Collectis Imperii atque Provinciarum præsentem Discursum inauguralem adornaturus ad exemplum veterum JCtorum in *l. 1. ff. de J. & J. l. 1. §. 1. ff. de pact. l. 3. ff. de instit. act. l. 2. ff. si certum pet. l. 2. ff. de except.* nominis notationem præmitto, cùm, monente Ulpiano in *l. 1. §. 11. ff. de vent. inspic.* etiam illorum, quæ manifesta sunt, interpretatio non negligenda veniat.

II.

Dicitur Collecta probatis Authoribus à colligendo, *Lucan. de fisco ejusq; privil. part. 3. n. 1. Excell. Dn. Sinold.* Schütz *v. 2. Jur. publ. disp. 11. th. 3. lit. a.* & denotat pecuniam à subditis exactam ac contributam, juxta *Auth. Friderici Imperat. quæ Codici Justinianæo inserta est, & incipit, Item nulla. sub tit. C. de Episc. & Cleric.* Olim collecta dicta fuit collatio illa, quæ à convivis in cœnam, vel prandium collata est, sive ea pecuniaria, sive penuaria fuit, sicuti ex *Turnebo 3. Adversar. 26.* eleganter, pro more suo, ostendit *Magnif. B. Dn. Mevius Disput. de Contribut. th. 6. lit. a.* Unde Collectarii, qui in Jure Coactores pecuniarum, seu collectarum dicuntur, *l. penult. & ibi Gothofr. C. si certum pet.* Collatores verò, qui conferunt, aliàs Tributarii, *Nov. 128.* Per priores olim Argentarii cogebant pecunias, *Cujacius 10. Observ. 14.* Quo sensu hodiè possunt sumi Ministri, seu exactores, qui mandato Superiorum collectas exigunt, de quibus *tot. tit. est in C. de Exact. trib. lib. 10.* Collectæ aliàs dici solent intributiones, *l. penult. ff. de Veteran. l. 22. §. fin. ff. ad municip.* Quod vocabulum alii à tribu, quia olim à Populo Romano per tribus exigebantur tributa, *Tholos. 3. Syntagm. Jur. univ. c. 4. num. 7.* Alii à tributo, vel ex eo,

eo, quod militibus tribuitur, *l. ager.* §. *Stipendium. ff. de V. S.* dictum putant. Dicuntur etiam publicæ functiones, *l. 6. C. de Vectig. Nov. 17.* §. 6. Pensitationes publicæ, *t. t. C. si propter publ. pensit. vendit.*

III.

Origo collectarum, seu contributionum sine omni dubio est ex Jure Gentium. Postquam enim ex hoc bella orta, Regna condita & dominia distincta essent, *l. ex hoc jure 5. ff. de J. & J.* usu & necessitate exsurgente collectæ & munera initium habuerunt, *Ægid. Thomat. in tract. de Collectis* §. *exactio. num. 1. Petr. Heigius part. 1. quæst. 17. num. 2.* tanquam nervi & ornamenta belli; pacis & Reipubl. *l. 1.* §. *in causa. ff. de quæst. Gail. lib. 2. Observ. 52. num. 9.* Estque illarum summa ratio habenda, cùm alioquin impossibile sit, sine iis Rempubl. conservari posse, dicente sacratissimo Imperat. in *Novell. Constit. 149.* Neque enim quies gentium sine armis, nec arma sine stipendiis, nec stipendia sine tributis haberi queunt. *Tacit. lib. 4. Histor.* Et ut corpus sine alimentis, ita Respubl. sine sumtibus & pecuniâ consistere non potest. Nec unquam Reipubl. bona tam splendida sunt, ut quibusvis necessitatibus sufficere possint. Neque aliter eam conservare licet, nisi præstationes importentur in publicum, ex quibus & militares nutriuntur copiæ, ut resistatur hostibus ac per agros & urbes agantur excubiæ: perfruuntur item reliqui ordines attributis sibi salariis: reparantur quoque muri & urbes; denique omnia alia proveniunt, quæ communem subditorum utilitatem concernunt, fatente iterum Justiniano in *Novell. 161. de provin. Præsid.* Accedit, quòd subditi nullâ re magis de honore Magistratus admoneri queant, atque Superiores agno-

scere

ſcere diſcant, quàm moderatarum contributionum ſolutione. Unde hanc inter certisſimas ſubjectionis notas refert *Bald. in l. 3. C. de nat. lib.* quod tamen ad omnem pecuniæ ſolutionem trahere abſurdum eſt, cùm & citra ſubjectionem ex pacto, vel protectionis causâ cenſus ſolvi posſit, *H. Hartm. lib. 2. tit. 52. Obſ. 23. Bruning. de var. univerſ. ſpec. Concl. 37.* Imò ex obligatione naturali obſtricti ſunt cives & ſubditi ad exſolutiones collectarum. Nam ſicuti illi, penes quem eſt imperium, convenit civi, ſeu ſubdito providere, ut in ſocietate civili beatè vivat, ita vicisſim civis obſtrictus eſt patrimonio ſuo & operâ Rempubl. adjuvare, *Don. 12. c. 4. Molin. de Juſt. & Jur.* Neque quod Patriæ debetur, declinare licet, *l. 55. C. de decur.* cui primum & præcipuum naturali jure præſtandum officium, *l. 2. ff. de J. & J.* eamque vitans impius eſt. *l. unic. C. ſi curial. relict. civit. jus hab.*

IV.

Sunt autem Collectæ onera, quæ perſonis pro rebus imponuntur, *Dyn. Conſ. 55. n. 3. Bart. in l. reſcripto. §. ſciendum de munerib. & honor. Berojus Conſ. 150. num. 12. vol. 3.* Et non res, ſed perſonas ipſas afficiunt & obligant. *Dyn. & Bart. allegat. loc.* Vincunt ergò Collectæ rem ipſam, & collectas indicens in rebus ipſis jurisdictionem exercet, unde etiam ab *Ægid. Thomat. d. tract. de collect. cap. 4. num. 19.* definiuntur, quòd ſint fructus jurisdictionis. Quò pertinet, quod *Baldus in l. propter hominem. num. 3. C. qui bonis cedere poſſ.* ſcribit: Collectas naturaliter, h. e. re ipſa, & effectu ipſo onera eſſe rerum, item, Collectas materialiter eſſe onera rerum & patrimoniorum, *Natta Conſ. 149. num. 4. Joan. Cephal. Conſ. 636. num. 60. lib. 5. Thomat. de Collect. in pr. num. 8.* Et ejusmodi

modi collectæ, vel præstationes salutem Reipublicæ concernentes, dicuntur etiam munera.

V.

Dicitur munus in Jure tribus modis, uno donum, altero onus, tertio officium, *l. munus.* 18. *ff. de V. S.* hic in altero significatu potissimùm accipitur pro onere, quod necessariò subimus lege, more, imperiove ejus, qui jubendi potestatem habet, *l. munus.* 214. *ff. d. V. S.* eoque sensu de collectis meritò effertur. *arg. l.* 1. *ff. de muner. & bonor. l.* 229. §. 3. *ff. de V. S. l.* 1. *ff. ad Municip. & eorum, quæ tradit Gœdd. ad l.* 18. *de V. S. n.* 19.

VI.

Munera autem Civilia sunt triplicia: Alia Personalia, alia Patrimonialia, alia mixta. *l.* 1. *l. fin.* §. 1. *ff. de muneribus & bonoribus.*

VII.

Personalia dicuntur, quæ solùm personis imponuntur absque patrimonii consideratione, & quæ cum corporis labore & sollicitudine animi, ac vigilantiâ principaliter existunt, *l.* 1. §. *illud. ff. de muner. & bonorib.* Suntque vel publica, quæ in administranda Republ. cum sumtu sine titulo dignitatis subeuntur, h. e. quæ quidem ad publicam causam principaliter & directò spectant, unde publica munera propriè dicuntur, *l.* 15. *ff. de recept. qui arbitr. l.* 14. §. *ff. de munerib. & bonor.* sed tamen absque dignitate sunt, à quibus differunt honores, qui sunt munera Reipubl. publica cum titulo dignitatis, *d. l.* 14. §. *eod.* qualia sunt Magistratuum officia &c. vel privata, quæ ad privatos, vel causam privatam pertinent, ut tutela & cura, Advocatura &c. *l. fin.* §. 1. *eod. vid. Gœdd. ad d. l.* 18. *de V. S. n.* 19. licet alicubi publica munera dicantur, *pr. Inst. de excusat. tut.*

tut. ideo, quod horum constitutio ad curam publicam pertineat, *l. 2. §. 2. ff. qui petant. tutor.*

VIII.

Patrimonialia seu Realia sunt, quæ sumtibus patrimonii & damnis administrantis expediuntur, & quæ ob res & patrimonium indicuntur, seu, quæ patrimonio ipsi imponi solent, unde & patrimonii onera vocantur, ut sunt collectæ & contributiones, *d. l. fin. §. patrimonium. 11. d. l. 1. §. 1. & 3. eod.* in quibus quantitas impositionis respicit rem directò & ejus æstimationem, sed obligatio & vinculum solvendi respicit personam. *Ern. Cothm. vol. 1. cons. 11.*

IX.

Mixta, quæ partim animi sollicitudinem, partim sumtus patrimonii exigunt, vel quæ personæ imponuntur & in labore personæ consistunt, sed propter rem & personam imponuntur, ut operæ rusticorum, Germanis Frohn-Dienste dictæ, *d. l. fin. §. 26. & 27.*

X.

Munera verò Patrimonialia rursum in triplici sunt differentia, vel enim indicuntur (1.) de eo, quod percipitur ex re, veluti si certa portio fructuum ex fructibus rei præstatur, *l. 9. C. de susc. præpos. & arcar.* vel (2.) imponuntur rebus & personis possidentium, ita ut certam pecuniam ratione illarum certis temporibus solvant. Cujusmodi onera in specie solent dici tributa, *l. 4. §. 2. ff. de censib. tot. tit. C. de annon. & tribut.* & contributiones, *l. 1. C. de apoch. publ. l. ult. §. 22. l. 6. §. 4. de Munerib.* Quò etiam spectat collecta, quæ ratione esculentorum & potulentorum solvitur, *Mind. de mandat,* item ratione animalium, *l. ult. C. de immunit. nem. conced.* vel (3.) indicuntur ita, ut usus rei nostræ sit ad

Reipubl. commodum concedendus, *l. 18. §. 21. ff. de munerib. & bonor. t. t. de curs. publ. & ang. & parang. l. ult. C. de nav. non exc. l. 7. C. de SS. eccles. l. 7. C. de oper. publ. l. un. C. de tractor. & stativ. l. 11. de vacat.* Quò etiam pertinet munus militem hospitem recipiendi, quia tantùm consistit de Jure Romano in nuda receptione militis, *l. 3. §. 14. l. ult. §. 29. & 30. ff. de munerib. & honorib. l. 11. ff. de vacat. & excus. mun. l. 5. C. de metat. & epidemet. t. t. C. de salga. hospit. non præst.* Quæ indictiones partim imponuntur possessoribus, sive municipes sunt, sive non, partim possessoribus, sed non aliter, quàm municipibus & incolis, *l. rescripto. §. fin. ff. de munerib. & honor.* qui ideò municipes appellantur, & in civitatem recepti, ut munera nobiscum faciant, *l. 1. in pr. ff. ad municip. l. munus. 18. ff. de V. S.*

XI.

Quando autem necessitas Reipubl., quam cives patrimonio suo sublevare tenentur, alia est perpetua, alia repentina, ideò quædam munera patrimonialia imponuntur ob perpetuam Reipubl. necessitatem, ut iis status publicus semper conservetur, & dicuntur ordinaria, *l. un. C. de vacat. publ. mun. l. un. C. de privat. corp.* ideò, quod per modum quendam ordinarium & consvetum singulis annis imponantur, quod fit, quando lege publicâ, vel authoritate Principis, aut alterius Magistratus summi secundum ordinariam collectandi rationem, nach den ordentlichen / in denen Catastris befindlichen Steur-Anschlägen / omnibus & singulis in territorio bona possidentibus publicis literis illa indicuntur, unde certam formam habere dicuntur *in l. 2. C. de munerib. & bonor. & ibi Bart.* Quædam præter ista ordinaria ex necessitate ob repentinos casus ex improviso

viso à Magistratu indici solent, & dicuntur extraordinaria, *l. 8. §. 3. ff. de vacat, & excus. mun. l. un. C. de superind. Mindan. de mand. lib. 2. cap. 45. num. 4.* §. Wiewol nun 26. R. A. *de anno 1576.* Quæ singulis annis non recurrunt, nec uniformiter solvuntur, sed usu demum ac necessitate urgente exiguntur, atque pro circumstantiarum varietate variam præstationem, modò majorem, modò minorem admittunt, *Rosenthal de feud. c. 5. conclus. 73. num. 6. Joseph. Ludovic. decis. 43. n. 9. Jul. Ferret. de Gabell. num. 475. & 478. Gail. lib. 2. observ. 52. num. 9. & 10.* Eaque sunt aut imperialia, quò referuntur Reichs-Steur / oder des Heil. Reichs Anlagen und Türcken Hülffe / quæ in subsidium contra Turcam, & ob alias Imperii necessitates imponuntur. Aut provincialia, quò pertinent Land-Steur / quæ in utilitatem particularis provinciæ indicuntur, *Matth. Stephan. lib. 2. de jurisd. part. 1. c. 1. membr. 1. num. 112.* Alia Circularia, quæ à Ducibus & adjunctis Circularibus negotiorum circularium expediendorum causa, vel aliâ necessitate efflagitante cum consensu reliquorum membrorum circularium omnibus de circulis ordinibus imponuntur, R. A. zu Augspurg *de anno 1555.* §. und damit die Obersten. R. A. *de anno 1582.* §. neben und über. Quæ tamen aliquando ordinaria fieri possunt, si de voluntate imponentium constet, ordinaria fieri voluisse, & proprietates ordinariorum munerum, nimir. (1.) ut lege vel consvetudine constituta sint, & (2.) uniformem & annuam præstationem habeant, concurrant. *Rosenth. num. 7. d. l.*

XII.

Imponuntur collectæ ab eo, qui supremam in Republ. potestatem habet, *l. munus. 214. ff. de V. S.* Et quamvis multi illarum impositionem jurisdictionis

esse existiment, eò quod ejus fundamentum censeatur, *Natta conf. 636. n. 78. Cothm. conf. 11. n. 43. vol. 1. Thomat. d. tract. de collect.* §. *subjiciunt. n. 19. Petr. Frider. Mind. lib. 2. de mand. cap. 45. n. 9.* eamque opinionem communem esse referat *Wesenb. conf. 27. n. 20. & conf. 45. num. 3. & seqq.* Attamen, cum concessa jurisdictione omnimoda non simul collectandi, jura aliaque Regalia concessa intelligi possint, neque hæc cum jurisdictione aliquid commune habeant, nec sub ea tanquam genere contineantur, ut idem *Wesenb. d. conf. 45. n. 21. & 37. & conf. 27. n. 21. item conf. 32. num. 4.* fatetur, ideò his calculum addere non possumus, utut non diffiteamur, exactionem collectarum arguere jurisdictionem, *Alex. conf. 35. n. 4. v. 4.* eamque harum fundamentum esse, *Tib. Decian. respons. 41. n. 41. v. 2.* Multò minus facimus cum illis, qui mero mixtoque imperio jus collectandi ascribunt, *Fichard. conf. 20. n. 8. 9.* quorum opinionem anno 1562. die 10. Martii in Camera imperiali reprobatam esse testatur Klock *de contribut. th. 8. lit. B.* Sed potius Regalibus Fisci collectas annumeramus, earumque impositionem superioris dominii & sublimioris eminentiæ τεκμήριον esse statuimus, *Knichen de sublim. & reg. territ. jur. cap. 3. n. 209. Dd. in c. unico, quæ sunt regal. in usib. feud.* weil sie gehören zu Käyserlicher sonderer Hoheit und *Reservaten*, ut dicitur in Constitut. Ratisbon. An. 1576. §. dadurch denn. *junct.* §. *seq.* Hinc novas sine consensu Principis instituens tenetur L. Julia de ambitu, *l. un.* §. *item is. ff. ad L. Jul. Ambitus.* Exigens, seu exercens L. Julia de vi publica, *l. fin. ff. ad L. Jul. de vi publ.* Imò etiam L. Julia Majestatis, quia pro magistratu potestateque aliquid sciens dolo malo gerit, *l. 3. in fin. ad L. Jul. majest.* Quod ipse Imperator indicat *in d.* §. dadurch denn nicht

allein

affein. 117. ubi insolitorum vectigalium institutionem vergere dicit in contemtum & diminutionem so wol der Käyserl. Hoheit und Reservaten, als auch der Chur-Fürsten Reputation. Electores autem nominat, quoniam sine illorum consensu nec ipsi Imperatori fas est novas imponere, sicuti infra dicetur, *Mynsing. cent. 5. obs. 31. Heig. quæst. 18. num. 7. part. 1.* Et hanc sententiam magis receptam esse testatur *Rosenthal de feud. cap. 5. conclus. 74. Schurff. cent. 1. cons. 59. num. 26. Wesenb. cons. 32. n. 20. & cons. 45. num. 8. Heig. quæst. 17. num. 45.* Quia Regalia seu jura majestatis nihil aliud sunt, quàm ipsa superioritas, seu partes ejus aut signa. Quicquid igitur ratione superioritatis competit, competit ratione Regalium, & per consequens Majestatis, quia subjectio indicat majestatem tanquam suum correlatum, *Matth. Steph. de jurisdict. cap. 1. memb. 1. num. 115.*

XIII.

Utut autem Impositio Collectarum admodum vetusta est, adeò ut etiam Plato pecuniæ publicæ per tributa collectæ mentionem faciat *in lib. de ll. 10.* & Servium Tullium Sanctorem Legum Romanarum primum omnium censum, die Reichs-Steur / ordinâsse ac instituisse notet *Cornel. Nepos de Vir. illustrib. cap. 7.* qui tunc temporis per orbem terrarum incognitus fuit, ejusque vestigia quoque in historia Veteris Testamenti extent, ubi refertur, Menahem Regem Israelis, quò haberet, quod Regi Assyriorum daret, ab unoquoque divitum quinquaginta argenti siclos exegisse, *lib. 2. Reg. cap. 15. vers. 20.* & Imperatorem Octavium Augustum sub Nativitatem Salvatoris nostri per Quirinium, Senatorem Romanum, facultates omnium, tanquam terrarum Dominum censere jussisse, *Joseph. antiquit. Ju-*

daic. lib. 18. cap. 1. sub init. Eumque etiam primùm illas circa Rhenum eum in finem introduxisse, quò miles Romanus in Civitatibus oritimis, den Frontier-Städten/ citra incommodum & sumtus, vel dispendia Senatus conservari & ali posset, ut *Sveton. notat. in Augusto:* Non tamen adeò frequens Collectarum usus fuit, ut nostrâ ætate, diversa quoque ratio & mos in iis colligendis, & Imperatoribus præsentandis observata est. Postquam enim à Carolo Magno, post occupatum Romæ dominium & Italiæ Regnum, inde Imperator Romanus ipse Francus, atque ideò Germanus Imperium Romanum in Germaniam transtulit, alius censendi modus obtinuit, qui tamen non semper idem mansit, sed pro temporis & casuum obvenientium varietate ipse varius factus est. Quantum ex Recessibus Comitiorum typis excusis colligi licet, Anno 1495. sub Maximiliano primo quodammodò die gemeine Reichs-Hülffe initium habuisse, & Collectarum exactiones per Parochos, & nonnullos sibi adjunctos Deputatos ex Parochiis factas, & Imperatori traditas esse, apparet. §. die Einnahme solcher Aufflegung soll allenthalben durch die Pfarrherren geschehen &c. d. R. A. von dem gemeinen Pfenning zu Wormbs / quo potissimùm Collectarum originem invaluisse, communius à Juris publici Dd. traditur. Anno 1500. alius modus subveniendi Imperatori constitutus est, ubi in genere der Ritterschafft halber im Reiche sancitum, daß sie nach ihrem Vermögen auch etwas thun solten / und daß in einem jeglichen Stifft / Pfarr-Kirche / oder Kloster eine Kisten gesetzet / darin das Geld / so mit freyem Willen gegeben / geworffen / verwahret / und jährlich des Reichs Rath geliefferr werde. ibi, wie Truhen in Pfarr und Kloster gesetzet werden sollen.

Anno

Anno 1512. in der Reichs-Hülff: contra Land-Friedbrecher idem habetur, quòd Nobilitas in genere sich auch gutwillig erzeigen / und ihre Unterthanen / oder Hindersassen in solchen Anschlag ziehen / einbringen / und dreyen aus der Ritterschafft jedes Landes die Einnahme befehlen / ut per ipsos ea custodiatur & ad usus militares postmodùm exponatur, §. nachdem uns und dem &c. 27. & §. die von der Ritterschafft 36. Anno 1518. iterum alius, & quidem arctior modus inventus. §. vornemlich &c. Anno 1542. præscribitur alius modus, & alia ratio colligendi à subditis, des gemeinen Pfennigs halber / ubi in specie Nobilitati Franconiæ, Sueviæ & Rheni permissu Imperatoris & Statuum indulgetur eine eigene Truhen / quæ vocatur Ritter-Truhen / und Einnehmer zu verordnen / §. 75. 76. 85. & 95. Quod etiam in sequentibus Comitiis Anno 1544. sancitum reperitur. Verùm quando communia auxilia Imperatori imprimis Anno 1566. & 1576. decreta sunt, & postmodùm Nobiles dictarum trium Provinciarum suas arcas seu Ritter-Truhen ita instituerunt & in usum deduxerunt, Imperatores in eo acquieverunt, & iis tanquam certis mediis & subsidiis usque ad hoc tempus inhæserunt, illaque summa, quæ hujus gratiâ in matricula taxata, à Principibus & Statibus in casu necessitatis præstanda mansit, *Arumæus de Comitiis cap. 8. num. 38. & 46.* Klock *de Contrib. cap. 1. num. 191.*

XIV.

Quando autem indubium est, quòd Collectarum impositio ad jura Majestatis & Superioritatis pertineat, consequens est, jus collectandi neminem habere, nisi qui vel majestatem vel sublimem jurisdictionem, quæ vulgò Landes-Obrigkeit dicitur, habet, vel ex

Maje-

Majestatis concesſione, aut præscriptione jus illud ſibi acquiſivit, *Andr. Knichen. de jur. territ. & sublim. poteſt. cap. 3. num. 209. & 220. Matth. Steph. l. 2. de Jurisd. cap. 3. num. 115. & cap. 7. num. 453. & ſeqq. Roſenthal de feud. c. 5. concl. 74.* Regulariter enim jus collectandi unicè ad Majeſtatem & ordinariam ſuperioritatis jurisdictionem refertur, *Surd. conſ. 275. num. 11.* eò, quod collectæ ſint ſuperioris, ſeu ſublimioris dominii & eminentiæ ſymbola, *l. nulli. C. de Epiſc. & Cler. c. 2. de cenſib. Gail. l. 1. obſ. 21. num. 9. Petr. Greg. Tholoſ. de Republ. lib. 9. c. 1. num. 11. verſ. non negatur.* Unde ipſe Servator *Matth. c. 22.* è nummo, qui cenſus nomine pendebatur, Phariſæis dominium oſtendit, & rectè, quippe Imperatoris ad arbitrium diſponitur omne tributum, *Gunth. lib.* 4. utque ob id collectarum exactio ſubjectionem evincit, quia non niſi ſubditi ordinariè collectantur, *l. reſcripto. §. fin. ff. de munerib. & honor. l. 2. ubi Luc. de Penn. num.* 1. *C. in quibus cauſ. Colon. lib.* 11. imò propterea Apoſtolus *Roman. 13.* Eſtote, inquit, ſubditi, non ſolùm propter iram, ſed etiam propter conſcientiam: Ideò enim & tributa præſtatis, quod ſcitè in hanc faciem exponit Auguſtinus in *capit. omnis anima circa fin. X. de cenſib.* Et vos ſubditi eſſe debetis, ideò enim tributa præſtatis, quia hæc eſt probatio ſubjectionis. Subſiſtit hinc ſtabile ac firmum, collectas non niſi in ſignum univerſalis dominii & humanæ ſubjectionis præſtari, *c. magnum. 11. quæſt. 1. Joh. Philip. Monſpel. conſ. 1. num. 1.* adeoque de Regalibus eſſe, & ſoli propterea Principi regulariter competere. *Bartol. in l. 1. C. de excuſ. mun. lib. 10.* Quia autem Principes, & alii ſummâ in Republ. poteſtate pollentes inferioribus nonnunquam Principibus, vel civitatibus jus collectandi concedunt, vel etiam plerique ſibi aliunde,

puta

puta è præscriptione hoc ipsum acquisivere, hinc in initio theseos rectè monui, etiam illis competere, qui quoquo modo, justo tamen titulo, sibi id ipsum pararunt. Nam quod Universitates arcam communem habere possint, *l. 1. §. quod si nemo. quod cujusque Univers. nom.* quod sumtus ad reparandos muros civitatis ordinare valeant, *l. omnes. C. de opor. publ.* ex hoc ipso nullum imponendi, vel indicendi collectas jus iisdem acquisitum, aut concessum, cum aliunde arcam ditare, aut alia compendia quærere possint, nec sanè omnes *à Barcholto de Regalib. n. 93.* allegati Doctores aliud quicquam indigitant, aut volunt, quàm quod id indulgeatur civitatibus aut in casu necessitatis, aut è mutua contribuentium conventione, quorum illa non habet legem, hæc verò nullum importat imperium.

XV.

In Imperio nostro Romano-Germanico collectandi potestatem jure proprio habet Imperator, quam tamen cum Procerum Imperii consensu exercet, R. A. *de anno 1576. §. weiters seyn auch wir / &c.* quod ipsum capitulatione quoque, in quam jurat Imperator electus, comprehendi patet *ex Capitul. Caroli V. art. 12. Ferdinandi II. art. 10. Ferdinandi III. art. 14. & præsentis Imperatoris Leopoldi I. art. 17. ibi.* So offt die Nohtdurfft erfodert / einiger Stewr halber etwas an die Stände des Reichs gelangen zu lassen / wollen wir uns dazu der ordentlichen Mittel der Reichs- und Kräyß-Tage gebrauchen / und mit Rath und Gutachten der sechs Chur-Fürsten darin verfahren / & in instrumento pacis Osnabruggensis clariùs repetitum, ne tributa imperialia aliter, nisi de comitiali liberoque omnium Imperii Principum & Statuum

 suffra-

ſuffragio ac conſenſu fiant, *art. 8. §. gaudeant. Burgold. in notit. Imp. part. diſcurſ. 7.* Neque inde Majeſtati Imperatoris aliquid decedit, prout Bodinus infenſiſſimus Reipubl. Romano-Germanicæ hoſtis, & iniqvus ac imperitus rerum Germanicarum æſtimator, verèque Andius ſine bono, ſicuti eum ſui ſeculi Papinianus *Jacob. Cujac. 18. obſerv. 38.* per ἀναγραμματισμὸν appellat, *lib. 2. de Republ. c. 6. & meth. hiſtor. c. 6.* exiſtimat. Uti enim antiquitus Imperatores Romani, quamvis lege Regiâ omni poteſtate in eos collata, *§. 6. Inſtit. de J. N. G. & C. l. 1. de conſtit. Princip.* Deorum vice fungerentur, vitæ necisque gentium arbitri, *Seneca lib. 1. de clement. c. 1.* non omnia pro lubitu expediebant, ſed ad Senatum præſertim negotia Rempubl. concernentia referebant, *l. 8. C. de LL.* & tamen veri Monarchæ erant, ſic, poſtea translato ad Germanos imperio, Imperatores Status Imperii in partem curarum & ſollicitudinis, non verò in plenitudinem ſummæ poteſtatis, *Natta conſil. 636. num. 169.* quæ incommunicabilis, oſſibusque Imperatoris tam arctè adhæret, ut ab eo avelli non posſit, *Thom. Michael de jurisdict. theſ. 8.* aſſumpſerunt, quò in Comitiis de cauſis ſalutem publicam concernentibus ſecum deliberarent, unde meritò Imperatoris & Imperii Conſiliarii dici poſſunt, uti *Reinking.* indigitat *de Regim. ſecul. & eccleſ. 1. cl. 5. cap. 6. num. 4.* & Receſſus Imperii pasſim, Sie ſich ſchuldig erkennen des heiligen Römiſchen Reichs fürfallende Sachen mit Fleiß zu berathſchlagen / quæ deliberatio usque ad ſuffragium etiam extenditur, id quod ex literis evocatoriis ad comitia pateſcit, in verb. zu rathſchlagen / zu handeln / und zu ſchlieſſen. *Dn. Schütz 1. J. publ. diſput. 10. poſit. 3. lit. E.* Quod licet quadantenus argumentum ſit adminiſtrationis

merè

merè Ariſtocraticæ, ſtatus tamen nihilominus manet potiùs Monarchicus & Imperator Monarcha, ſiquidem in illis, de quibus Proceres Imperii participant, Majeſtatis juribus integrum retinet ſemiſſem tanquam caput, *Paurm. de jurisd. lib. 2. c. 2.* aliaque adhuc ſibi ſolus vendicat reſervata, *de quib. Carpz. L. Regia Germ. c. 12. ſ. 11. n. 10. Cothman. in Cod. lib. 1. tit.* 1. *q. 1. n. 10. Reink. de regim. ſecul. & eccleſ. lib. 1. cl. 2. c. 2. n. 236.* Si enim ex hoc quis ſtatum Reipubl. metiri vellet, nullus in orbe Chriſtiano hodie reperiretur Monarcha, cum nemo ſit omnium, qui vel terruncium unum exigendi à ſuis, præter conſtitutum annuum cenſum, jus habeat, niſi populus conſentiat, *Cominæus lib. 10.* De Galliæ Regibus teſtatur id ipſum ex Seiſellio *Bernard. de Girard. Seigneur de Haillan lib. 3.* de Hiſpano, *Autor de jur. princ. concluſ. 11.* de Polono, *Cromer. lib. 2. Hiſtor. Polon.* de Anglo, *Caſ. lib. 3. Polit. c. 5.*

XVI.

Porrò in Imperio noſtro Romano Germanico non quidem proprio jure, ſed vi ſuperioritatis territorialis jus collectandi habent Electores, Duces, Marchiones, Comites, Civitates Imperiales aliique Status Imperii cum territorio & Regalibus inveſtiti, quales ſunt omnes illi, qui communi Principum conſenſu in album, ſeu matriculam imperii recepti eâ lege, ut occurrente neceſſitate imperii certum cenſum in albo, ſ. matricula expreſſum penſitent, vel ſubſidium militare præſtent, *Gail. 1. obſerv. 21. n. 2.* §. und dieweil nun dieſe Hülffe/ꝛc. 10. R. A. *de anno 1544.* §. Solche der Stände/ ꝛc. 25. *de anno 1551. item ſucceſſivè de annis 57. 66. 82. 98. 1603. & 1613.* ſive ut alii rectius, qui cum Imperatore als ein Chur-Fürſtl. Corpus und Verſamlung/ vel eo defuncto

jus ſtatuendi de Republ. jus ſeſſuræ & dicendæ ſententiæ in conventibus imperii habent, vulgò Stände des Reichs / R. A. *de anno* 1555. §. Dieweil / ꝛc. *Speid. in notab. voc.* Reichs-Stände. Et cum ad hos etiam Civitates Imperiales die Reichs-Städte / ſeu, ut alii, die freyen Reichs-Städte referantur, quia eo ipſo, quod inter Status Imperii receptæ ſunt, jura territorialia acceperunt, juraque Principis regalia & fiſcalia habent, non minùs quàm Principes in ditionibus ſuis, *Gail. 2. obſerv. 57. num. 7.* nec aliter de iis judicandum, quàm de Principibus, *Bartol. in l. infamem. ff. de public. judic.* ideò nec his jus collectandi denegari poteſt, *Knipſchild de civitat. Imper. lib. 2. c. 17. num. 4. & 31.* quarum tamen aliæ pro qualitate regiminis conſenſum & approbationem civium adhibere debent, ſi collectas quasdam imponere velint, idem de pactitiis civitatibus, quæ certis conditionibus & capitibus tantùm alteri ſe ſubjiciunt, in cæteris veró pacto non comprehenſis integram libertatem & Regalia retinent, *Gail. 2. obſerv. 54. num. 10. Clut. Syll. rer. quotid. concluſ. 27. lit. f.* dicendum, niſi illis expreſsè renunciaverint. Civitates autem municipales, quæ quoad ea, quæ eminentioris dignitatis ſunt, privatorum loco habentur, *l. 16. ff. de V. S. ibique Gœdd.* unde nec jus fiſci, nec alia Regalia habent, *Matth. Steph. de juriſdict. 1. p. 2. c. 2. num. 37.* non aliter collectandi poteſtatem habent, quàm, ſi urgente inevitabili neceſsitate, conſentientibus omnibus civibus, vel majore illorum parte etiam abſque Superioris conſenſu ad voluntariam collectam ſe obligant, quæ neceſsitatis cauſa tamen talis debet eſſe, ſine qua adminiſtrare nequeunt, nimirum ob æs alienum juſtè contractum, aliis mediis deficientibus, *Bart. l. un. num. 24. C. de muner. lib. 10. Steph.*

Aufred.

Aufred. ad decis. Capel. Tholos. 348. aliàs autoritas Superioris requirenda, quam etiam in hoc casu desiderat *Wesenbec. cons. 45. num. 12.* ne sub prætextu necessitatis subditi indifferenter graventur, & jus Superioris per inopiam debentium reddatur inane.

XVII.

Haud minus aliæ Universitates, veluti pagi pro salario custodibus frugum, pastoribus aliisque pro commodo pagi vigilantibus constituendo communi ex consensu sibi invicem conferre possunt. *Bart. in l. 9. num. 6. ff. de Just. & Jur. Matth. Steph. de Jurisdict. cap. 38. num. 30.* Item Collegia, viciniæ pro communi puteo, rivo, aggere reficiendo, *arg. l. 52. §. 12. ff. pro socio.* Quo jure quoque Nobiles in feudis, licet Regalia non habeant, Collectas exigere posse, tradit *B. Dn. Mevius d. Disp. th. 14. l. f.* Possunt etiam jus collectandi exercere, quibus illud à summo Principe vel specialiter, ut si nominatim expressum & permissum illud est, vel generaliter conceditur, veluti (si omnium Regalium concessio facta est, *Rosenthal de feud. c. 5. concl. 14. num. 4.* motu proprio & ex certa scientia, *Rosenthal. de feud. c. 7, concl. 10. num. 6.* ad cujus concessionem tamen summus Princeps non facilè properare, nec sine urgentissima & justa causa eam indulgere debet, *Rol. à Val. Cons. 18. num. 77. v. 2. Wesenb. Cons. 109. num. 65.*

XVIII.

Utut autem hæ personæ jure imponendarum Collectarum sunt instructæ; ita tamen non nisi certis & legitimis de causis, quas publica necessitas, aut utilitas exigit, easdem ullo tempore indicere debent. Hine Collectæ, quæ ab Imperatore cum consensu Statuum universo imperio imponuntur, unde etiam

Imperiales audiunt, des heiligen Reichs Anlagen / Reichs-Steuren / nunquam indicuntur, nisi 1. vel ad resistendum infensissimo Christiani nominis hosti, & vocantur die Türcken-Steur / ac debentur ex omnibus bonis mobilibus ac immobilibus, feudalibus & allodialibus, R.A. zu Speyer *de Anno* 1544. §. und nemlich sollen *&c*. Vel 2. ad adipiscendam coronam Cæsaream à Papa, uti ex Constitutione Caroli V. zu Wormbs de anno 1521. patescit. Pro ea enim obtinenda olim quilibet Princeps & Status Imperii Imperatorem euntem in Italiam cum suis Vasallis & hominibus comitari obligatus erat, de quo Speculum Suevicum sequentia annotat: Wann die Teutschen einen Künig wehlen / und der zu Rom nach der Wyhe fährt / die Fürsten sind schuldig mit ihm zu fahrent / die ihn erkohren haben zu einem Künig. Auch sollen andere Fürsten und alle Freyherren mit ihm fahren der er gebeutet: und hat ein Mann des Ryches Gut zu einem Lehn verliehen anderen Leuten / die nötet er wol mit fahren in des Ryches Dienst mit Recht. Schwaben-Spiegel *part. 2. cap. 8. Gunt. Ligur. lib. 2. n. 35. & seqq.* Vel etiam propter aliam Legationem in utilitatem Imperii pro expeditione Romanâ, quæ vocatur der Römer-Zug. *Klock. de Contrib. c. 1. n. 225. Knipschild de Civit. Imp. l. 2. cap. 17. n. 70. & seqq.* Vel 3. ad recuperandas Provincias avulsas ab Imperio, quas Imperator pro viribus vi Capitulationum & Recessuum ad Imperium reducere tenetur, R.A. *de anno* 1516. §. wir haben auch *&c. & de anno* 1582. §. und als wir *&c.* Vel 4. ad conservandum Imperii Regimen in Comitiis Augustanis à Maximiliano I. institutum, & tempore Caroli V. Imperatoris ab usu cessum, *de quibus post Besold. in thesaur. pract. verb.* Reichs Regiment-Raht / *Klock de Contrib. cap. 1. num.*

num. 227. Vel 5. ad usum Cameræ Imperialis, zu Unterhaltung des Reichs Cammer-Gericht; Quæ tamen hodiè per legem publicam ordinariæ Collectæ factæ sunt. *Dn.* Schütz *V.2. Disp. 9. thes.5. lit. A.* Sicuti etiam in Pomerania & Ducatu Bremensi ad conservationem S. Tribunalis Wismariensis tales Collectas ordinarias imponi, animadvertere licet.

XIX.

Eadem est ratio in Collectis Provincialibus: Nam uti Imperator vi Juris Majestatici propter necessitatem & utilitatem publicam toti Imperio Collectas imponit, ita etiam Principes, seu Status Imperii in suis territoriis pro utilitate & necessitate Provinciæ, vi Superioritatis territorialis, eas imponunt, in defectu scil. redituum ordinariorum, cum consensu Statuum provincialium, qui ritè convocandi, quibusque justa existens causa proponenda, sicuti Imperator in Imperio facere solet. *Mansver. in sua praxi tit. de tall. num. 2. Gail. lib. 2. Observ.52. num.1. & Observ.53. in princ.* §. wann es aber *&c. 43.* R. A. *de anno 1557.* Quo facto, pro rei propositæ qualitate & necessitate certam Summam placitant, & Principi offerunt, de quo nemo se excipere potest, nisi prægnantes habeat rationes, aliàs per superiorem potest compelli. *Thomat. d. tract. de Collect. n. 9. in princ.* §. *ne scienter. num.7.* §. *retenta. num.16. Gail. de arrest. Imper. cap.6. num.19.* Et ita plerumque proceditur in Conventibus Provinciarum, auff Land-Tagen und Land-Schatzungen.

XX.

Cæterùm, quando ita conventus legitimè institutus, & pars convocatorum emanet, reliqui possunt concludere, si pro majori parte consentiant, §. Nach-

dem

dem auch etliche &c. 45. R. A. *de anno* 1500. §. Es sollen auch &c. 7. *ibi*, und was dieselbe/so erschienen sind / oder der mehrer Theil auß ihnen / auff die Pflicht derselben auffgericht/ obberührter massen endlich berahtschlagen und beschliessen werden/dem soll von allen Ständen gefolget/nachgekommen und vollenstrecket werden / ohne alle Wiederrede und Weigerung. R. A. *de anno* 1512. *Gædd, Conf. 34. n. 6.* Quia hoc, quod ita agitur, tam absentes quàm contradicentes obligat. *Schurff. Conf. 59. Sect. 1. Jacob. de Aiel tract. de Jur. Subsid. n. 38.* Non enim fas est, ut paucorum absentia, sive necessaria, sive fortuita, debilitet id, quod ab aliis salubriter, summâ rei necessitate exigente, fuerit constitutum. *l. nominationum 45. C. de Decurionib. lib. 10.* Nec obstat, quòd alibi dicatur, non pluritatem, sed sanitatem votorum attendendam esse, *C. fin. X. de his, quæ fiunt à maj. post Modestin. Pistor. Conf. 45. n. 87. v. 2.* hoc enim saltem in Electionibus procedit, quoniam majora vota, seu numero plura & maturiora & rectiora censentur. *C. Ecclesia vestr. X. de elect. & elect. potest.* Verùm utrum in collectis Imperialibus vota majora obtinere debeant, Principes & Status Imperii adhuc hodiè disceptant. Quæstionis hujus decisio in *Instrumento pacis art.* 5. §. *9.* ventilata & ad proxima Comitia remissa quidem; sed indecisa permansit, num durantibus præsentibus Comitiis decidenda veniat, in ambiguo est. Ast si vota sunt paria concludentium, Superioris & Principis decisio erit requirenda. §. Da dann die Sachen *98. ib.* Solten aber *paria vota &c.* R. A. *de anno 1576. & de anno 82. §. 63. arg. l. duo Judices. 28. ff. de re jud. cap. fin. X. eod.*

XXI.

Collectæ autem provinciales imponuntur I. ob defen-

defenſionem & ſalutem populi, *Petr. Mindan. lib. 2. de mandat. cap. 44. num. 2.* Siquidem his ſimilibusque proventibus Principis non minùs, quàm totius Reipubl. poteſtas & robur alitur, conſervatur, augetur, imò his ipſis Princeps Rempubl. ſuam providè curat, regit & in florenti tranquillitate gubernat, *Dambaud. prax. crim. cap. 99. num. 10. & ſeqq.* memor, dignitatem ſibi à DEO conceſſam ſicuti in ſubditorum magis, quàm ſui ipſius utilitatem introductam in hanc præcipuè omnium dirigendam eſſe, *Garſias de expenſis cap. 21. num. 52. Franciſc. Hottom. quæſt. illuſtr. 1.* eò quòd nulla poteſtas nullumque regimen ulli propter ſeipſum à DEO immortali conferatur, ſed propter eos, quibus regendis fovendisque præficitur, *Caldas in l. Si curatorem. verb. per quod priſtinum jus. num. 34. C. de reſtit. in integr. minor.* Unde in his imponendis primævum ſemper præſtationum omnium finem ſibi propoſitum habet, utilitatem ſcilicet Reipublicæ, eamque tanquam publicus Parens, *Casſiod. 4. epiſt. 42.* ſedulò inveſtigat, & dum illius rectitudini nihil magis convenit, quàm ſubjectorum calamitatibus asſiduo ſtudio mederi, *C. Imperialem 2. f. 52.* nunquam harum ſpecie eos lædere, aut medullitùs exſugere tentat. *Molin. in Conſvetud. Pariſ. tit. 1. §. 3. Gloſſ. 3. in verb. la bouche & les mains. num. 6. Petr. Foll. in Conſtit. Reg. c. erroris. num. 5. fol. 56.* Quin potiùs in ſolam Reipubl. defenſionem ejusque utilitatem, fiſco deficiente, has exigit, quò ad ſubita pariter & prævisa utroque tempore pacis & belli publicis hisce præſidiis inſtructus ſibi ac Reipubl. ſufficiat, ſine quibus àliàs nullum imperium ſalvum aut incolume erit. *Novell. 149. cap. 1. & Novell. 161. c. 2.*

XXII.

II. Indicuntur Collectæ provinciales ob neceſ-

sariam patriæ defensionem, zur Lands-Rettung / quando hostes, vel prædones patriam invadunt. *Jacob de Ajel d. tract. de jure subsid. n. 7. Mindan. lib. 2. de mandat. c. 45. n. 4.* Quæ cùm cuique debeat esse charissima, adeoque ante omnia omnibus viribus defendenda, etiam in tempore deliberandum, quomodo illi succurrendum sit, §. Und ob jemand *&c. 5.* R. A. *de anno 1512.* Imò, hoc subitò, emergente casu, ne quidem expectandam esse Collectam, necessitas suadet, sed potiùs reluctantes facultatibus præ cæteris eminentes ad mutuandum in publicum compellendos, *Vasqv.* 1. *d. Success. creat.* §. 6. *n. 22.* Quemadmodum simili urgente necessitate civitates, oppida, villas & Vasallos ad subveniendum Regibus suis ac Principibus sæpiùs adactos, experientia docuit, quibus tamen Princeps, si ipse idoneis reditibus polleat, integram pecuniam mutuatam cum moderato interesse justè posteà restituit, *Petr. Heig. p. 2. quæst. 1. n. 140.* Quòd si verò idoneos reditus non habeat, reddat integram pecuniam numeratam, rursumque moderatum interesse ex universorum civium collatione, deducta ea parte, quæ ad civem mutuantem, habitâ bonorum ratione, spectabat. *Klock de Contrib. th. 48. in fin.*

XXIII.

III. Collectæ istæ indici solent ob æris alieni solutionem, dummodò & justa & necessaria causa contractum, *Wesenb. Cons. 47. n. 4. Sixtin. de Regal. lib. 2. c. 14. n. 56. Mind. de mand. lib. 2. cap. 45. n. 4.* ut in refectione viarum, murorum, aggerum, pontium, Ecclesiarum vel alterius operis publici necessariò exstruendi, *Fe-stas. d. l.* Ubi tamen notandum, hoc eo tantùm casu obtinere, si aliundè non suppetat, unde solvatur,

Bart.

Bart. in l. 4. §. *1. num.* 6. *ff. de re jud.* priùs enim ad venditionem rerum universitatis, queis indigere potest, accedere oportet, quam privatorum loculos excutere, *Thomat. d. tract.* §. *exposuimus. num.* 1. His enim deficientibus cives rectè adstringuntur in tantum, ut, si contribuere recusaverint, officio judicis superioris ad id compelli possint, *Henning. Göden. Conf.* 34. *num.* 29. &, si hujus mandatum aspernentur, ipse judex Collectas indicere valeat, citatâ tamen priùs Universitate, *Losaus de Jur. Univ. p.* 3. *c.* 9. *n.* 6. *Guid. Pap. Decis.* 631. *n.* 7.

XXIV.

IV. Ob captivitatem Domini. Ubi subditi tenentur ad ejus redemtionem contribuere, maximè si pro patria pugnando captus sit, *Rosenthal. Concl.* 76. *num.* 5. & 6. *Mansver. d. tract. de Tall. num.* 6. *Wesenb. Conf.* 46. *num.* 20. *Mind. d. c.* 45. *num.* 5. ad quod vigore homagii & fidelitatis juramenti adstricti, ut non solùm captivitatem & periculum Domino imminens omnibus viribus amoveant, *C. licet si de feud. defunct. fuer. content. cap.* 1. §. *item qui Dominum, qua fuit prima causa amitt.* verùm etiam vitam, corpus, mentem & honorem ejus defendant, *Joh. Ferrar. Mont. de feud. lib.* 6. *cap.* 1. Unde in Gallia adjutum, vulgò *les aydes* inventum occasione carcerati Regis Johannis, *Spreng. in perspicillo Christ. orb. ib. de Tribut. & Vectig.* Et Episcopo charitativum subsidium poscere permissum, *c.* 6. & 7. *X. de Censib.* Similisque Vasallorum erga Dominos introducta obligatio, *c. un.* §. *item pers. delator* 2. *f.* 24. quos tamen non tam arctâ subjectionis lege his, sicuti subditos Principibus suis, devinctos esse constat, *Heig. p.* 1. *q.* 18. *num.* 5. Quod subsidium meritò etiam ad casum præstandi alimenta extenditur, inprimis, si ærarium citra Domini culpam ita

 sit

ſit exhauſtum, ut ea ſubminiſtrare non poſſit, *Manl. de homag. t.7. Teuzel. de jure detract. poſit. 10. lit. B. in fin.* Non enim inconveniens eſt, exemplo parentum & liberorum privatis Principum neceſſitatibus ſubditos Collectis ſubvenire, præſertim ſi alimentis indigeant, *arg. l. 1. C. de alend. liber.* Nam quid inhumanius, quàm Principi denegare, quod Patronis debetur? *l. 5. §. 18. & 19. ff. de liber. agnoſc.* Regi aufferre, quod donatori ad inopiam vergenti competeret, *l. fin. C. de revocand. donat. Jacob van der Graeff de Regal. cap. 31. n. 6.*

XXV.

V. Communi Dd. voto & Germaniæ conſuetudine receptum eſt, ad elocationem filiæ in matrimonium Collectas imponi poſſe ſubditis, *Manſver. d. tract. de Tall. d. num. 6. Weſenbec. Conſ. 46. num. 20.* ut ita ex publicâ Collectâ dotem paratam habeant. Quod an rectè fiat, Dd. diſceptationi relinquo, de quo multi dubitant, cùm ea privatam Domini utilitatem & honorem potiùs, quàm commune Patriæ commodum ſpectet, *Roſenthal. c. 5. quæſt. 76.* Interim in Italia ſic uſu obſervari docet *Jacobin. de S. Georg. de feud. verb. qui quidem Vaſalli. num. 35.* & de Aquitania *Boer. Deciſ. 126. num. 6.* In Germania verò videmus, (nam Regem Galliæ pro elocandis filiabus non ſolere ſubditis Collectam imponere, dicit *idem Boer. d. Deciſ. num. 7.*) pro maritandis filiabus Principum ſubditis indiſtinctè Collectas imponi, non quidem jure meri & mixti imperii, ſed quòd Principes vel Regalia ab Imperatore ſibi conceſſa habeant, vel quòd ſpecialiter eatenus ſint privilegiati, vel quòd id faciant conſenſu ſubditorum, aut tandem longiſſimâ conſuetudine hoc jus acquiſiverint, *Albert. l. 1. c. 7. C. de Jurisdict. omn. Jud. Menoch. de arbitr. Jud. quæſt. lib. 2.*

lib. 2. cent. 2. casu 181. per tot. Et nisi nullum dubium per pactiones & conventiones cum subditis pro maritandis filiabus, vel aliis necessitatibus Dominos Collectas sibi acquirere posse, *Guid. Papa Decis. 444. Petr. Ubald. tract. de Collect. in pr. num.* 1. *Wesenb. Cons. 45. num. 10. Boer. Decis. 126. num.* 1. *& 2.* Ita subditis hoc in casu volentibus & consentientibus nulla fit injuria, *l. cum donat. C. de transact. l. nullum crimen 109. de R. J.* Imprimis autem in hoc ipso provinciarum consvetudines multum operantur, quæ sunt stricti juris, *l. 3. §. 6. ff. de negotiis gest. Wesenb. Cons. 1. num. 56.*

XXVI.

Licet autem ex his causis strictim enarratis collectas indicere publica quandoque necessitas, quandoque utilitas imperet, dispiciendum tamen omnino erit Principi, vel illi, qui jure collectandi gaudet, ne graves ac intolerabiles existant, pro copia scilicet aut angustia rerum, quoniam à paucis accipit, qui nimium quærit, *Tacit. 4. Annal. Cassiod. 4. Var.* Nec etiam cum violentia exigantur, quin potius amica Principis, vel Magistratus suasio locum obtineat, quæ in eo, qui jubere potest, vim necessitatis adfert, & quidem consensu populi, *Petr. Heig. quæst. 18. num. 4. & 6. Frider. Mind. lib. 2. de mand. cap. 45. num. 4.* ne materia præbeatur seditionum, quæ semper ex immoderata exactionum licentia oriri solent, *ib. num. 11. Boer. in tract. de sedit. num. 31. & seq. Dambaud. prax. crimin. cap. 99. n. 10, & seq.* Uti defectio decem tribuum Israelis à Roboamo Salomonis filio, & alia innumera exempla satis demonstrant, *2. Reg. 12.* Unde sempiternâ memoriâ digna Ludovici Regis Galliæ ad filium exhortatio, quam testamento inseri mandavit, hujus tenoris: Fili, religiosus

 impri-

imprimiis erga DEUM esto, benignus & liberalis adversus egentes, legum ac morum hujus imperii custos ac vindex acerrimus; à vectigalibus & tributis abstineto, nisi te summa vis necessitatis ac utilitatis publicæ, justissima causa, impellat, sin minus, tyrannum te potius, quàm Regem futurum putato *Bodinus 6. de republ. cap. 2. pag. m. 655.* Adeò minimè decet, quemcunque Principem, sit cujus loci velit, suum illegitimis modis exaugere ærarium, quippe prudenter, non cum damno subditorum, ærarii publici cura haberi debet, ut piis, honestis, insensibilibus rationibus publicæ opes augeantur, non talibus insulsis, crassis explicationibus, aut emunctionibus, quæ sangvinem quoque cuique exugant, *Joh. Angel. Werdenb. ad Bod. de rep. quæst. 5. & 6. ad lib. 6. cap. 2.* Quò reflexit Imperator Justinianus, quando aurea illa verba pronunciavit *in Novell. 149.* DEO auspice, hoc unum nobis studio est, ut publica tributa citra querelam inferantur: Optimè sciens, pecuniam non ex oppressione, neque ex lacrymis subditorum corradendam, utpote quæ corrasio aurum adulterinum cum subjectorum lacrymis collectum infert, *Tiber. II. apud Baron. tom. 7.* Præprimis autem causæ illæ pecuniæ publicæ conficiendæ non sunt prius arripiendæ, nisi evacuato ærario, *Thomas. in §. nescienter. num. 6. & 8. §. nobilitas. num. 6. & seqq. Wesenbec. consil. 45. num.* 16. Convenit enim Imperii Principibus & Statibus, antequam ad collectarum impositionem progrediantur, ante omnia proprium marsupium excutere, *Klock. de contribut. cap. 7. num.* 6. & pro varietate & respectu cujusque status, item qualitate rei propositæ illas exigere, siquidem Principis tanquàm Patris patriæ & Pastoris populi officium est, tributa ali-

osque reditus imperii, vel provinciæ prius expendere, quàm subditos nummis suis gravi ut plurimum sudore partis emungere, *Rebuff. in l. 1. C. de exact. tribut. Socin. jun. vol. 3. cons. 98. n. 10. Natta cons. 185. n. 11. Wesenbec. cons. 45. n. 16. & seqq.*

XXVII.

Expositis jam ante personis collectas indicere valentibus, subjectisque earum legitimis causis, cum profutura in publicum moderatione, modos ab his afferre expediet: Sunt autem varii, exiguntur enim (I.) per domos & focos, sive ad fumum vel per fumantes nach den Feur-Städten / vel aptius ad familiam ejusque capita, *Munu. de muner. patrimon. cap. 4. num. 23.* quæ collecta communiter dicitur Capitatio, dum ea viritim in singula personarum capita, & inter hæc etiam famulorum & ancillarum, §. und damit. R. A. zu Cöln. *de anno 1512.* à fiscali numerata, nullâ patrimonii inspectâ quantitate, indicitur, *tot. tit. C. de capitat. civ. censib. eximenda lib. 11. Besold. de arar. cap. 4. v. 3. Klock. de arar. lib. 2. cap. 19. per tot.* Olim verò in collationibus ad Turcicam expeditionem usitata fuit, R. A. *de anno 1500. tit.* von Soldenern / & imprimis tum obtinet, cum onus, pro quo solvitur, per fumantes obeundum maximè in onere hospitationis, in quo rectè adhibetur, *l. 3. §. 13. ff. de munerib. & honor. Bart. ad l. 4. §. exactor. num. 4. ff. de R. J.* Sed perperam ut olim, sic adhuc hodie ad tributum transfertur, ad quem modum tantò rarius accedendum, quantò magis detrimentosam inter cives in ipsa contributionis impositione inæqualitatem producit, dum hac ipsa tantùm exigitur ab eo, qui inopiam & ære alieno laborat, quantum ab eo, qui divitiis abundat, *Klock de arar. lib. 2. c. 79.* adeoque

eoque hac causante, æquale rerum gravamen à personis ratione patrimonii & facultatum maximè inæqualibus sustinetur; quod non inhumanum modò, sed etiam injustum, imò periniqvum. Quapropter etiam, cum odiosa esset capitatio, ejusque exactio nimis acerba, hanc Constantinus sustulit jussitque, ne imposterum cives Romani pro capitationis tributo convenirentur, *l. un. C. de capitat. civ. cens. exim.* sed solùm eorum bona onerarentur, non tamen ultra modum possessionum, *l. 3. C. de annon. & tribut.* maximèque ob id damnata fuit repetita à Tarquinio Superbo civium capitatio, qua, neglecto instituto Servii, decem denarios pro capite cujusque civis exegit, *Anton. Perez. in Cod. lib. 11. tit. 48. n. 4.* (II.) Imponuntur aut pro numero pecorum, quæ dicuntur die Viehe-Steuren / *Mansver. d. tract. de Tall. n. 4. Mind. d. lib. cap. 44. n. 7.* aut pro terra, seu agris, quæ nonnullis in provinciis appellantur die Hufen / oder Hacken Steuren / cujusmodi sunt; decimæ frumenti, vini, aliquando etiam agris imposita certa pecuniæ summa, quæ per jugationem indicitur nach Hufen/oder Hacken Zahl / in quorum tam pecorum, quàm jugerum certo designando numero, ne á provincialibus ulla aliqua fraus committatur, tenentur lege censuali profiteri, quot pecorum capita, & quot terræ jugera in bonis habeant, quæque eorum qualitas & æstimatio, *l. 4. ff. de cens.* Quorum omnium ut constans semper sit memoria, certi sueverunt confici libri censuales, sicuti quibusdam in locis eine gewisse Huffen und Erben Matricul. Aut demum pro illis rebus, quæ alicui regioni sunt propriæ, cujusmodi sunt aurifodinæ, salinæ &c. Quemadmodum, quoad superiora Rex Moabitarum Mesa Israelitarum

Regi

Regi ab ovibus lanam loco tributi pendisse legitur *2.Reg. 3. vers. 4.* (III.) & quidem omnium rectius imponuntur pro modo facultatum, omniumque bonorum ad æs & libram; quæ præ reliquis propterea præstant, quia æqualitatem inter cives conservant, nec alterum præ altero prægravari sinunt, *Bornit. de ærar. l. 5. cap. 1. num. 12.* atque ob id etiam in Romano imperio receptæ & in hunc usque diem usitatæ, §. und wiewohl. *50.* R. A. *de anno 42. ibi* der füglichste und billichste Weg. *& recessibus subseqq.* Imò ubivis locorum tantò magis observari merentur, quò libentius fortunas suas & bona patiuntur æstimari cives, factâque æquali onerum partitione in censum referri, *Bornit. dict. loc. lib. 5. cap. 1. & 2.* Circa quem modum ne vicissim exorbitetur, vel nova contra illius naturam oriatur inæqualitas, certi I. à territoriorum Dominis, vel ipsis quandoque subditis sunt constituendi censores, seu æquatores, R. A. zu Speyr *de anno 1544.* §. Doch sollen, iique viri prudentes, probi & honesti, *d.* R. A. §. Und damit nun. *ibi*, vier stattliche fromme und geschickte Personen. II. Assignatio, seu distributio ineunda est, pro facultate cujusvis redituum, nach eines jeden Tax und Vermögen / R. A. zu Cölln *de anno 1512.* §. nach dem Chur-Fürsten. III. Præcedat vel jurata, vel stipulata manufactâ bonorum omnium professio, die Anzeigung aller Haab und Güter / R. A. *de anno 1544.* §. Doch sollen gemeine. IV. Censuales conficiantur tabulæ, vel libri, aliàs barbarè Catastra dicti, vulgò Saal-Bücher / Anlags- Steur- und Contributions-Register / *Besold. thesaur. pract. voc.* Saal-Buch. V. Quia pro temporum mutatione quandoque augentur, quandoque diminuuntur privatorum facultates, hinc quoque, casu hoc oboriente, catastra

E mutar-

mutare, atque in his moderationes instituere convenit, nach dem Auff- und Abnehmen der Güter/ §. Nachdem &c. R.A. *de anno 1544.* ex deficientiâ enim aut augmento bonorum & fructuum relevanda vel aggravanda sunt tributa, *Thomat. §. retenta. num. 7. Gail. 1. Observ. 21. num. 14.* Propterea *Wesenbec. in Cons. 103. num. 26.* maximè ex re esse putat, si Catastra singulis quadrimestribus revideantur & peræquentur, ne quid ad revelationem divitum ac perniciem inopum committatur. VI. In assignationibus proportio observatur Arithmetica, ita, ut solus respectus ad res ipsas habeatur, & v. g. Consul, aut Senator non minùs solvat, quàm ipse plebejus; sed in impositione Collectarum Geometrica proportio attendatur, est enim illa justitiæ distributivæ, quatenus scilicet dignitatis, vel meritorum causa huic, vel illi planè onus Collectæ non imponitur, vel mitigatur, ac proinde ut alius est alio in Republ. major, aut minor, ita quoque sub illa conditione & ratione præmia vel onera suffert, *Frantzk. ad Pand. de Just. & Jur. num. 27.* Quam in rem eleganter *Thomas de Aquino 2. p. pr. quæst. 61. art. 2.* Quando, inquit, in distributiva justitia datur aliquid alicui privatæ personæ, in quantum id, quod est totius, est debitum partis, quod quidem tantò majus est, quantò ipsa pars majorem principalitatem habet in toto, & ideò in distributiva justitia tantò plus alicui de bonis communibus datur, quantò persona illa habet majorem principalitatem in communitate. Quæ quidem principalitas in Aristocratica communitate attenditur, secundum virtutem, in Oligarchica secundum divitias, in Democratica secundum libertatem, & in aliis aliter. Et ideò in justitia distributiva non accipitur medium se-

cundum

cundum æqualitatem rei ad rem, sed secundum proportionem rerum ad personas. Hæc *Thomas. consen. Mund. de muner. & honor. c. 7. n. 28. Habn. in Observ. ad Wesenb. de J. & J. n. 11. & Frantzk. d. loco.*

XXVIII.

Post enarratas personas imponentes Collectas earumque causas & modos, seqvuntur collectari solitæ, seu easdem solventes; inter has imperiales Collectas solvunt omnes imperio subjecti tam immediati, quàm mediati, nisi propter notoriam impossibilitatem quibusdam in specie remissa sit Collecta; ceu factum der Stadt Goßlar / Mühlhausen / Northausen / Wangen und Zell im Hammersbach / R. A. zu Speyr. *de anno* 1542. §. Und wiewol die Städte *&c.* Et quidem immediati, utpote Electores, Duces, Principes, Comites &c. semper ac principaliter juxta assignatam ab imperio portionem, nach dem Anschlage in der Matricul begriffen / quam videre licet apud *Limn. lib. 4. Jur. publ. cap. 7. n. 66. & Arum. de Comitiis c. 8. n. 38. & 46.* Sed mediati in consequentiam: Utrique autem juxta modum des gemeinen Pfennings / und so fern sich eines jeden Obrigkeit gebührende Anlage erstrecket / §. Dieweil nun diese *&c.* R. A. zu Augspurg *de anno* 1566. Quia verò Statibus immediatis ejusmodi Collectam à reditibus propriis & consuetis exactionibus persolvere nimis difficile existit, etsi aliàs de jure tenebantur, *arg. text. in l. fin. C. de privileg. dom. august. lib. 11.* Ubi Imperatores dicunt, se reditus patrimonii necessitatibus publicis frequentissimè deputare, *Bald. in l. neminem. C. de SS. Eccles. & in c. conquerente de off. ordin. Natta Cons. 380. per tot. Menoch. Cons. 75. n. 86. & 87. de arbit. jud. cas. 178. n. 13. 14. Boer. quæst. 134. ad fin. num. 8.* dieweil es / denenselben

unerschwingliche Anschläge aus ihren Cammer-Gütern und Gefällen zu leisten / und darzustrecken nicht müglich / ideò ipsis de publico potestas concessa, subditos suos in auxilium requirere & subcollectare, daß ein ieder Chur-Fürst / Stand und Obrigkeit ihre Unterthanen derhalben um Hülffe und Steur ersuchen / und die von ihnen einbringen möge / ut est in recessu, §. und dieweil die eilende Hülffe *&c. 118. de anno 1530.* §. und dieweil nun *&c. 10. de anno* 44. *item* §. Wiewol nun Chur-Fürsten *&c. 95. ibi*, daß derowegen eine iede Obrigkeit. *de anno 48.* & passim in omnibus aliis recessibus. Qui collectandi modus hactenus in hunc usque diem ita in imperio inolevit, ut Imperator Principum & Statuum imperii subditos directè amplius non compellat, aliqua onera subire, sed, quotiescunque necessitas publica postulat, aliquid conferre, Principes & Status propterea requirantur & Collectam subeant. Videatur *Mandinell. Cons. 64. ad finem.* Quod tamen eo saltem sensu verum agnosco, quo & Princeps *suum*, & subditus æquè necessitatibus imperii contribuit, qui tamen tunc eas Collectas non exigit jure proprio, vi Regalium, sed per modum executionis, permittente Imperatore, non ultra Summam designatam, *Dn.* Schutz *d. V.* 2. *disput. 9. posit. 6.* hoc enim in casu; cùm non minùs subditorum, quàm Domini securitas quæratur, R. A. zu Augspurg *de anno 1530.* §. und dieweil die eilende *&c.* R. A. zu Speyr *de anno 1542.* §. Dazu soll ein ieder *&c.* æqvum per omnia est, ut eos etiam sequantur onera, quos hoc ipso comitantur commoda, *l. secundum naturam. ff. de R. J.* imò æqvum, communem esse contributionem, ubi commune est emolumentum, *arg. l. 1. & 2. pr. ad L. Rhod. de jact.* licet aliàs etiam subditorum officium sit; Magistra-

gistratus sublevare, unde inter alias quoque causas, subditos ad has actiones unà requirendi, hæc in Recessibus Imperii affertur, ne Principes immediati exsolvendo omnia suos imminuant reditus, & hoc ipso dignitatis ac domus suæ splendori aliquid subtrahant, R. A. zu Augspurg. *de anno 1548.* §. Damit aber gemeine *&c.*

XXIX.

Prout Collectas imperiales præstari ab omnibus imperio subjectis è superioribus apparuit; ita ad eorum imitamentum provinciales solvunt subditi, sive municipes sint, sive incolæ, *l. rescripto. §. fin. ubi Dd. ff. de muneri b. & honor. Schurff. centur.* ii *Consf. 44. num.* iii. & quidem omnes, nisi specialiter sint exempti, de quibus infrà. Subditos verò propriè agnoscimus ex loco domicilii, quod hîc non pro jure sortiendi forum, ut in *l. 2. §. omnes. l. 24. ff. de judic.* sed pro cujusvis fortunarum sede, in quâ perpetuò subsistendi animo commoratur, accipimus, per *l. Cives. C. de incolis. l. libertas. §. sola domus. ff. ad municipal. l. pupillus. §. incola. ff. de V. S. l. domicilium ad municipal.* non enim sola, vel etiam plurium ædium in urbe comparatio absque actu habitationis, nec solus actus habitandi domicilium constituit, sed simultaneus habitationis & animi ibidem perpetuò subsistendi concursus, *d. l. Cives. C. de incolis. l. 19. §. 5. l. 20. l. 27. ff. ad municipal.* qui animus minus apertè declaratus è duobus potissimum colligitur, è muniis scilicet vitæ quotidianæ, quæ quis alicubi obit, puta, si ad consuetudinem cæterorum civium emat, vendat, contrahat, balneis aliisque locis communibus utatur, nec minus festos ibidem dies observet, tandem omnibus loci commodis cum civibus perfruatur,

tur, *d. l. 27. §. 1. ff. ad municipal.* & ex ordine ac conditione personæ, si cujus ea nimirum sit conditio, propter quam illi perpetuò alicubi commorari necessum, *arg. l. filii. §. penult. & §. relegatus. l. municeps. §. 1. ff. ad municipal. Confer. Donell. lib. 17. Comment. Juris Civil. cap. 12. num. 60. Paurmeist. lib. 2. de Jurisd. Imp. Rom. cap. 8. num. 30.* omnium autem optimè è declaratione ipsius habitantis, *Mascard. de Probat. Conclus. 534. num. 18.* Et hoc domicilium, quod territoriali Principum jurisdictioni quemquam subjicit, *l. 2. ff. de Jurisd. omnium Jud. l. 2. §. Legatis. & §. sed etsi. ff. de judic.* aut naturale est, aut accidentale: Naturale, seu originis, in quo quis natus, quodve tam è propria, quàm parentis personâ acquiritur, *d. l. Cives, C. de Incolis.* Accidentale; quod ex assumptione comparatur, & hac ipsa incolam facit, *d. l. pupillus. §. incola. ff. de V. S. ibique Godd.* Utrumque, si actus frequentius commorandi accedat, collectandi necessitatem inhabitantibus imponit, & quidem hodiè è Germaniæ consuetudine post annum, siquidem advenas diutius alicubi commorari Magistratus loci haud patitur, sed eos ad jus civitatis redimendum & unà onera publica subeunda astringit, *Gail. lib. 2. Observ. 34. num. 8.* Quâ occasione non inconvenienter quæritur: Si quis duplex fortassis domicilium habeat, num utrobique Collectarum onus sufferre debeat? Quam quæstionem distinctione expedimus: aut utroque loco æquè ratione domicilii quis instructus est, aut alicubi frequentius & familiarius domicilium exercet, priori casu ubique tenetur, *l. 5. l. 6. & l. seq. §. 2. l. 27. ff. ad municipal. l. 7. C. de incolis. Godd. ad l. 203. num. 2. ff. de V. S. Faber in C. decis. for. lib. 9. tit. 29. definit. 10.* posteriori tantùm in eo, ubi frequentius domicilio utitur,

tur, *d. l. 27. §. 2. ff. ad municip.* & hinc, concurrente domicilio originis & incolatus, potiùs incolatus, quàm originis attenditur, *Mascard. Conclus. 189. num. 191.* idque citra ullam distinctionem, sive locus originis & incolatus sunt ejusdem, sive diversæ jurisdictionis, quippe de generali consuetudine hodiè indiscriminatim ratione munerum, honorum, commodorum, vel incommodorum vicinitatis nil quicquam attenditur origo, sed solum domicilium & incolatus, atque is dicitur vicinus, gaudetque commodis & incommodis vicinitatis, qui in loco domicilium habet cum familia, ibique onera sustinet cum vicinis: Originarius verò, si aliò se conferat, licet jus originis aliàs de jure communi immutabile retineat, *l. 6. §. 2. ff. ad municipal. l. origine. C. de municip.* nec huic unquam renunciare possit, *Gail. 2. Observ. 36. num. 5.* non tamen est vicinus, nec reputatur pro vicino, *Gomez. in Repet. l. 3. Taurin. Conclus. 3. num. 367. & seqq.* Originis ergò domicilium extra actum inhabilitatis nullum in foro usum habet, si aliud quodpiam est, quo frequentius cum familia utimur, quare dum simpliciter domicilium dicitur, nihil aliud quoque unquam intelligitur, quàm, quod quisque sibi constituit, & re ipsâ incolit, *Argentraus Redonensis Comm. in consuet. Duc. Britann. tit. 1. des justices. artic. 9. num. 3.*

XXX.

Hi subditi ratione domicilii, non etiam ratione rei tantùm sic considerati, domicilium enim propriè, non mera res subditum efficit, *l. 20. ff. ad municipal. l. 3. ff. de munerib. Menoch. Conf. 602. num. 3. Afflict. in tit. Qualiter Vasall. jurare deb. Roland. à Vall. Conf. 1. n. 30. vol. 3.* de omnibus omninò bonis, ubicunque etiam sitis, in loco domicilii Collectas solvere sunt obstricti, R. J. A. zu

Aug-

Augspurg *de anno* 1500. *sub Rubric.* daß ein jeder nicht mehr *&c. ibi,* daß ein jeder nicht mehr denn an dem Ende/ da er gesessen ist/ von allen dem seinen/ es liege wo es wolle/ zu geben gesetzet werde/ in tantum, ut ne ea quidem, quæ extra Romanum Imperium & collectandis territorium possidet, eximantur; R. A. zu Nürnberg *de anno* 1544. §. Damit nun solche Ordnung *&c. ibi,* So setzen/ meynen und wollen Wir hiemit ernstlich befehlend/ daß ein jeder allein an dem Orth/ da er gesessen/ seinen Anschlag dieser defension Hülffe geben von allen seinen Haab und Gütern / die sein Lehn oder eigen / so er allenthalben hat/ unverhindert/ wie die in oder ausserhalb des Heil. Reichs seyn oder liegen &c. & §. So viel denn ferner &c. *ibi,* von allen seinen Haab und Gütern/ beweg- und unbeweglichen / sie seyn oder liegen / wo sie wollen/ ausserhalb oder innerhalb des Reichs &c. Unde regula communis: Quod onus Collectas solvendi possessoribus incumbat, & quod ibi quis merito Collectam patiatur. Nam ubi munus personæ propter res indicitur in loco domicilii, bona undique sita æstimanda & collectanda esse; quasi persona, ut principale bona ad se trahat, constat ex *l. un.* §. 1. *C. de impon. lucrat. descript. lib. 10.* Quod tamen procedit, si bona illa sub eadem jurisdictione sita sint; alias secus, *arg. l. cætera 41.* §. *sed si quis de Legat. 1.* secundum distinctionem Dd. Quod ubi Collecta imponitur ab eo, qui habet jurisdictionem generalem & uniformem in quolibet loco, tunc solvitur de bonis utrobique sitis, *Petr. Frider. Mindan. lib. 2. cap. 45. num. 13. Gail. lib. 2. Observ. 53. num. 8.* vel imponitur ab eo, qui non habet jurisdictionem generalem, sed est tantummodo particularis Magistratus loci; tunc Collecta pro rebus extra territorium sitis extendi non potest, eo quod ipsius juris-

risdictioni subjecta non sint, *l. fin. ff. de Jurisd. l. cùm unus 12. §. 1. ib. qui possidere, de bonis autorit. judic. possid. Thomat. de Collect. §. sanè num. 21. & seqq.* Quod tamen variat pro ratione loci & statutorum, uti ex Statutis liberæ Imperialis Lubecæ apparet, *part. 2. tit. 3. art. 2. & ibi Magnif. B. Dn. Mevius,* quæ valere reputantur, *Job. Cicier. in tract. de Primogenit. lib. 2. quæst. 7. num. 6. Tiraquell. quæst. 46. num. 24. Roland. à Vall. Cons. 80. num. 40.* præsertim cùm superioris veluti Imperatoris confirmatio accessit, *Cothman. Cons. 11. num. 180. & seqq.* Verùm ita solvens in loco domicilii non debet in loco rei sitæ gravari, §. Dieweil sich auch 2c. 131. R. A. *de anno 1541.* §. Damit auch solcher 2c. 69. *de anno 1542.* zu Speyr. *Gail. lib. 2. Observ. 53. num. 3. & 9.* Cùm bona fides non patiatur, ut unius rei nomine à pluribus & diversis sæpiùs quid exigatur, *l. naves onustæ. §. cùm autem. ff. ad L. Rhod. de jact. ibi non debet duplici damno exonerari. text. in l. Titia §. qui invita. ff. de Legat. 2. ibi duplici præstatione, & l. bona fides. ff. de R. J.* Quam in rem notanter *Paulus JCtus in l. 16. §. fin. ff. de munerib. & honorib;* Defensionem, inquit, Reipublicæ amplius, quàm semel, suscipere nemo cogitur, nisi id fieri necessitas postulet, unde & jure Pontificio cautum, quòd semel decimatus ulteriùs decimari non debeat, *cap. fin. X. de decimis. Roland. à Vall. Consil. 1. num. 2.* Quæ tamen Regula utut antiquissima tum demùm vires suas validè explicat, quando Collecta publico Superioritatis & Regalium jure per modum imperii exigitur, secùs, si Universitas privatis pactionibus & spontaneo consensu in tributorum onus coierit, quo in casu nemo etiam pro bonis extra hanc universitatem sitis, licet paulò antè collectatis novam iis rursum impositam unquam recusare, vel de ulla sibi

F illa-

illata injuria conquerere potest, quin potiùs, si causa impositi oneris evidens sit, utilis ac necessaria, ipse sponte suâ tanquam civis bonus ad alleviandam publicam hanc necessitatem subire debet, ad quam aliàs invitus non sine dedecore compelleretur, prout communiter major pars minorem invitam & dissentientem ad Collectarum solutionem arctare suevit, *Jacob. Cancerius variar. resolut. cap. 13. num. 112. & seqq.*

XXXI.

Licet verò Collectæ ut onera mixta, quæ personas directò concernunt, *l. 6. §. fin. l. fin. §. 20. ff. de munerib. & honorib.* non nisi subditis rectè imponantur, forenses tamen seu extraneos unà cum incolis æqualiter collectari posse, quoties hoc consuetudine ita receptum, tradit *Gail. lib. 2. Observ. 52. num. 37. Rosenthal de feud. cap. 5. Conclus. 82. & Klock. de contribut. cap. 13. sect. 1. num. 37.* Quia Collectæ potiùs res ipsas respiciant, & ratione bonorum præstentur, *l. non videtur. C. de munerib. patrim. l. indictiones. l. as quidem. C. de annon. & tribut. lib. 10.* tributumque in eam civitatem inferendum, ubi ager possidetur, *l. forma. §. 2. ff. de censib.* eò quòd naturaliter hoc onus rerum esse censeatur, formaliter verò personarum, *d. l. forma 4. §. 2. l. fin. C. eod.* & hoc maximè exigatur, si salus & necessitas publica illius loci, ubi bona sita sunt, id requirat, *arg. l. secundum naturam. 10. de R. J. Sixtin. de Regalib. lib. 2. cap. 12. num. 74. Bocerus de Collect. cap. 3. num. 231. vers. nisi forenses. Klock d. l.* Præthereà, si forensium latifundia non minùs ac indigenarum in catastrum sive æstimum descripta, & ad librum censualem redacta sint, hi per ejusmodi catastrationem tacitè quasi contrahant, & inde obligationem de solvendis Collectis constituant, *Festas. d. tract. de Collect. p. 2. cap. 2.*

cap. 2. num. 49. cap. 3. in pr. Gail. lib. 2. Observ. 52. num. 24. & Observ. 53. num. 6. Bocerus d. tract. cap. 9. num. 15. quâ ratione Collectam esse sequelam æstimi, alii Dd. non inconcinnè tradunt, adeò, ut si immunis à muneribus civitatis se in æstimo describi patiatur, is beneficium immunitatis ex tacito quasi consensu amittat, *Decian. respons. 41. num. 100. vol. 2. Vultej. Cons. Marpurg. 29. num. 45. vol. 3. Klock d. cap. 13. sect. 1. num. 52.* Verùm etsi hisce argumentis non leve pondus inesse videtur, tamen ut veriorem & æquiorem contrariam negativam sententiam, scil. forenses non obligari ad ejusmodi Collectarum præstationem, communiter amplectuntur Dd. *Rosenth. cap. 5. Conclus. 80. num. 4. Klock. cap. 13. sect. 1. num. 7.* moti his rationibus, quòd Collectis istis nimirum ordinariis subditi solùm propriè ita dicti, qui homagio Magistratui devincti sunt, subjiciantur, & regulariter illarum impositio ad forenses, qui latifundia saltem aliqua in territorio possident, referri vel extendi nequeant, utpote quæ non possessionibus, sed personis directò imponantur, *Alciat. Cons. 451.* tum quia Collectæ magis commodum civium & incolarum, quàm tuitionem prædiorum concernant, æquiùs omninò sit, forenses illis non ligari, *Bocer. de Collect. cap. 9. num. 10. Mynsing. respons. 64. num. 50. decad. 7.* Unde etiam à quibusdam sustinetur, quod, etsi vel maximè collectari possent, si impositio publicam totius provinciæ utilitatem concernat, attamen si illa utilitas ipsos forenses non contingat, idipsum adhuc in dubium vocari possit, ut latè declarat *Parisius Cons. 25. num. 7. per text. à contrario sensu in l. omnes provinciarum. 12. C. de operib. public.* quem sequitur *Gailius lib. 2. Observ. 52. num. 15.* atque ob id forenses virtute Statutorum Collectis onerari posse,

ab eo multi ex Dd. authoritate valentibus dissentiunt, præsertim si ad illos par cum indigenis commodum non redundet, *Frantzkius lib. 2. Resolut. 20. num. 29. Sixtin. de Regalib. lib. 2. cap. 14. num. 70. Rosenthal. cap. 5. de feud. Conclus. 82. num.* 4. ubi notabiliter hujusmodi statuta ambitiosa non valere dicit, cui etiam *Klock. de contribut. cap.* 13. *sect. 1. num. 26.* subscribit. Quod adeò à Dd. verum asseritur, ut etiam forenses ab illa contributione, quæ pro conservatione domuum ad evertendum spolium imponitur, exemtos esse affirment, uti anno 1636. pronunciatum esse, *Richterus part. 2. Decis. 70. n. 51.* refert his verbis: Dieweil die Gemeinde sich um Salvagvardien bemühet/ und dieselbe zur defension ihrer Häuser die anfallende Partheyen abzuweisen/ die Plünderung und Abnahme der Pferde/ des Viehes und anderer mobilien in Häusern angenommen worden/ &c. So ist auch bey so bewandten Umständen offt erwehnte Gemeinde solche Aufflagen auff die Feld-Güter ohne Unterscheid zu machen/ und von denjenigen/ so bey ihnen weder Hauß/ noch Hoff/ sondern nur etliche Aecker in ihrem Fluer gelegen haben/ zu fodern nicht befuget &c. Sed quamvis regulariter forenses ab intributionibus immunes esse, ipse ex his argumentis colligo, motus insuper, quòd bonorum sive mobilium, sive immobilium possessio in collectantis territorio subditum minimè efficiat, *arg. l. 17. §. 5. & 13. ff. ad municipal.* nec personale subjectionis juramentum, seu homagii, tanquam infallibile subjectionis indicium, *Mascard. de probat. conclus. 946. num.* 19. *Thom. Michael de Jurisdict. conclus. 57.* præstent, *Herman. Vultej. de feud. cap. 6. num. 5. Bruning. de var. Universit. spec. conclus. 34.* attamen quia minùs justum non modò est, verùm etiam universæ Reipubl. nocivum, bona transferendo in forenses

 alios

alios onerare, vel debitis Rempubl. præsidiis exuere, *arg. Novell. 38. in præfat.* Cui avertendo incommodo varii varia excogitârunt remedia, quæ videre licet apud *Mynsing. Respons. 64. num. 5. Decis. 7. Paul. de Castro in l. 8. num. 5. ff. de legat. 1. Surd. Consil. 276. num. 6. Decian. Consil. 33.* eos omninò rectè ad illas adstringi Collectas judico, quarum causa omnibus communis, quæque totius provinciæ communis defensionis, aut utilitatis gratiâ imponuntur, veluti pro reparatione pontium, viarum publicarum, mœniumque tam castri, quàm civitatis, ubi forenses ædes atque facultates suas habent, atque hinc communi emolumento perfruuntur, *Henric. Bozer. de Regalib. cap. 3. num. 231. Bruningi dict. tract. conclus. 23.* multò magis verò pro tuitione totius territorii, ejusque avertendis imminentibus periculis, & ipsâ propulsandâ hostili invasione, *Rosenthal de feud. cap. 5. conclus. 81. num. 2. & 3.* Non enim ferendum est, ut, qui lucrum amplecti velit, onus recuset, sine quo prius consequi nequit, *l. un. C. de caduc. tollend.* cùm secundum naturam sit, ut, quem comitentur commoda, hunc quoque sequantur incommoda, *l. secundum naturam. ff. de R. J.*

XXXII.

Sicuti autem de forensibus, num collectari queant, ambigua hactenus fuit disceptatio, ita non minor est de Clericis, hos utut Sacrorum ministerio addictos, nihilominùs tamen veros esse cives probat *Soto 4. distinct. 25. quæst. 2. num. 2.* & Molina *t. 2. disput. 32. in fin.* partes Reipubl. vocat, quibus sit idem Rex & Rector cum Laicis, juxta illud, Ecclesia est pars Reipubl. & Religio debet esse in Republica non contra; Unde porrò pro negativa sententia sic inferunt, quòd si sunt partes, ut ipse confitetur *Bellarminus lib. 1. de Cleric. cap. 28.*

& 35. oportet quoque, ut legibus obediant, & fidem dent Reipubl. quia non decet, ut membra à capite discrepent, nec contraria gerant, *c. celebritatem. 22. dist. 3. de consecrat. & Gregorius epist. lib. 2. epist. 65.* quare quoad munera præsertim patrimonialia, quatenus bona secularia in provinciis sita concernunt, ut domus, agros, prædia tàm allodialia, quàm feudalia, anteà in catastro descripta & oneribus obnoxia, nunc à Clericis coempta, vel ex hæreditate Laicorum acquisita, maximè si sint ordinaria, Clericos præstare obligatos esse tradunt, quia horum respectu sint subditi & partes Reipubl. nec propterea tributo se eximere possint, *c. si tributa. c. magnum 11. q. 1. c. tributum 23. q. 8. Ludovic. Molin. tract. 2. de just. & jur. disput. 31. conclus. 6.* quando res semper cum suo onere transeat, *l. 20. §. 1. ff. de aqv. rer. dom.* imò onera hæc naturâ suâ prædiis inhæreant, hæc verò in territoriis existentia tacitè pro collectis & tributis sint hypothecata, *l. 7. ff. de publ. & vectig.* in tantum, ut ad ea etiam res Principis teneantur, *l.* 4. *C. de privileg. dom. aug.* absurdum autem esset, cum horum bonorum respectu pro Laicis meritò habeantur, & pro membris Reipubl. eos collectis & tributis eximere, imò magis absurdum, pro membro Reipubl. se venditare in favorabilibus, in iis autem, quæ ad conservandam Rempubl. contribui debent, extranei locum velle subire, *Sebast. Medic. tract. de LL. & Statut. part. 4. quæst. 6. num. 5.* Cùm legibus ex adverso ita constitutum, ut, qui lucrum amplectitur onus etiam subire non recuset, *l. un. §. pro secundo. de Caduc. tollend. l. fin. §. sed cùm. C. de furt.* nec à debitis muneribus quisquam propterea excusetur, per *l. nullus. C. de decur. lib. 10. l. placet. C. de SS. Eccles.* nedum æqvum, ut aliorum gravamine tributo-

rum

rum Respubl. lædatur, *l. id ab una quoque. 12. C. de annon. & tribut. lib. 10.* tandem, quod jure novissimo per Recessus imperii de anno 1594. 98. & 1603. constitutum, quòd Clerici ad collationem obligentur, *Thomat. de Collect. §. ne scienter. num. 8. Waremund. ab Ehrenb. de Subject. reg. & oner. subd. cap. 12. num. 2.* tum quòd variarum provinciarum consuetudo huic sententiæ suffragetur, quemadmodum in Saxonia Serenissimus Elector Senatui & Præfecto in Weissensee d. 11. Martii Ann. 1633. in hanc faciem responderit: Wir haben Ewer des Raths abermahliges unterthänigstes suppliciren wegen verweigerter Abstattung des Soldaten-Geldes / und Leistung anderer unbeweglichen Güter / welche den Pfarrherren eigenthümblich zustehen / verlesen hören / und du der Schösser hast solches mit mehren aus der Einlage zu vernehmen: Begehren darauff hiemit gnädigst / Ihr wollet Beklagte dahin bescheiden / daß sie sich dießfals unserer Kirchen-Ordnung gemäß bezeigen / und von ihren eigenen Häusern so wol / als anderen liegenden Gütern die gewöhnliche Dienste und Anlagen gleich andern unverwegerlich bringen und abstatten sollen / daran geschiehet unsere gefällige Meynung. *Carpzov. Jurisprud. Consistor. lib. 2. tit. 19. defin. 311. num. 3. 4. & 5. Paul. Christ. V. 5. decis. Belg. 19. num. 8. Henning. Arnis. de subject. & exempt. Clericor. cap. 4. per tot.* Verùm utut hæc sunt pro Negativa sententia militantium non spernenda argumenta, alii tamen ex adverso, inter quos est *Klockius de contribut. cap. 12. & Magnific. B. Dn. Mevius disput. de Contribut. th. 19.* in mitiorem pro Clero sententiam procumbentes, eos ab omnibus muneribus tam patrimonialibus, quàm personalibus, tam ordinariis, quàm extraordinariis absolvunt, excepto casu extremæ necessitatis, aut si directò tam de utilitate Clericorum, quàm

Laico-

Laicorum agatur, moti his potissimùm rationibus: (1.) Quòd sub anathematis districtione prohibeantur omnes, ne Ecclesias & Viros Ecclesiasticos collectis sive exactionibus aggravent, *c. non minus. & c. adversus. X. de immunit. Eccles.* (2.) Quòd Clerici à jurisdictione Laicorum sint exemti, *cap. 1. per tot. 11. quæst. 1. cap. 1. & tot. tit. de foro compet.* nec eorum statutis teneantur, *Auth. Cassa C. de SS. Eccles.* (3.) Quòd personæ Ecclesiasticæ iisdem gaudeant privilegiis, quibus Ecclesiæ, quas à tributis immunes esse, nemo non ignoret. (4.) Quòd Artaxerxes jusserit ministros templi liberos esse à Vectigalibus & tributis, *1. Esdr. cap.* 7. nec minus (5.) Josephus terras Sacerdotum Ægypti immunes reliquerit à quinta parte redituum, quam alias omnis Ægyptus solvebat, *Genes. cap.* 47. (6.) Quòd Clerici honorandi potiùs sint, quàm onerandi, *c. Ecclesias ib. quæst.* 7. (7.) Quod DEUS ipse, cùm populum numerari jusserit, singulisque capitationem imponi, Levitas exemerit, *Num. cap. 1. vers. 2. & 47.* (8.) Quòd Fridericus Imperator Christianissimus æqvum duxerit, generali immunitate Clericos gaudere & nullis exactionibus subesse, *in Auth. item nulla communitas. C. de SS. Eccles.* ubi sub pœna banni quicquam ab iis exigi prohibet, adeoque cùm illa generaliter loquatur, generaliter ubique intelligi debeat, *arg. l. 8. ff. de publ. in rem act.* (9.) Quòd aliorum Regnorum supremi Præsules eandem munificentiam erga Ecclesiasticos exercuerint, & adhuc nonnunquam exerceant. (10.) Quòd prædia vel bona contributioni obnoxia, quoties in personæ exemtæ dominium abeunt, desinant esse tributaria, & personæ immunitatem assumant, etiam sint registrata, *Guid. Papa Decis. 382. & 384. n. 1.* eò quòd pars

favo-

favorabilis attrahat minùs favorabilem, & res dignior indigniorem, *c. 1. de consecrat. Eccles. in 6.*

XXXIII.

Sunt certè ab utraque parte rationes & argumenta prægnantia, quænam ex his prævaleant, meum non est definire, relinquo Doctiori censuram, intereà constanter affirmo, ab oneribus personalibus & extraordinariis Clericos per omnia ob dignitatem & statum clericalem rectè eximi, per *l. placet 5. C. de SS. Eccles. l. sacrosancta 8. C. eod.* Quoad patrimonialia verò æquitatis rationem non minùs pro iisdem militare, quoniam eorum facultates plerisque in locis non adeò magnæ sunt, nec perpetuò penes illos permanent, quin potiùs post eorum fata sæpè ad hæredes Laicos transeunt, adeoque parum detrimenti inde capit Respubl. illudque ipsorum labore & vigilantiâ pro Ecclesiæ animabus effusè pensatur, adde *Magnif. Dn. Mevium dict. loc. lit. d.* tandem quoad casus extremæ necessitatis, haud facilè eximi, nisi beneficentia Principum aut provinciarum consuetudo aliùd quippiam introduxerit. Atque hinc ob plurima bona immobilia & amplissimos reditus Prælati, Canonici & alii Clerici collectari cœperunt, I. ad subsidium contra Turcam, per Recessus imperii de anno 1495. 1512. 1542. 1544. 1557. 1566. 1576. 1582. 1594. 1603. & seqq. & quidem ab Episcopis, §. Damit auch solcher &c. 69. ibi, Doch sollen die Geistliche in den Reichs-Städten / da die Ertz-Bischöffliche und Bischöffliche Stiffte seyn / und die Ertz-Bischöffe und Bischöffe und die Stadt nicht zusammen in einen Kreiß gehörig / nicht in die Stadt / besondern in die Hülffe und Kreiß / dazu ihr Bischoff hingehörig / gezogen und angeschlagen / und also die Geistliche der Enden / wo ihre

G geist-

geistliche Obrigkeit allein beleget und gesteuret werden / R. A. *de anno 1542.* zu Speyr. II. Quandò utilitas & defensio provinciæ, in qua Clerus bona possidet, ita postulat, non tamen nisi de bonis ibi sitis, *Cacheran. Decis. Pedemont.* 68. *num.* 17. modò ipsa necessitas & periculum subsit, & debitè fuerint requisiti, *cap. adversus. C. non minus. X. de immunit. Eccles.* III. Pro viarum, fontium, pontium, aggerum, fossarum, murorum &c. refectionibus, pro lite termini, pastuum & similium, quæ in commune bonum conferuntur, *l. 7. C. de SS. Eccles. l. fin. C. de quib. munerib. nem. se excus. lic. l. absit. C. de privil. dom. august.* Et ne hisce quidem in casibus Clericos unquam collectandos, sed ad extremam usque necessitatem, minimè tamen in eorum odium, ut quandoque evenire assolet, fingendam, sed ipsa evidenti veritate nitentem, usque dum cœtus politicus ipse sibi in sufferendis Reipublicæ oneribus sufficit, excusandos esse, prout pii Principes ac Magistratus illud meritò observare sueverunt, religiosâ mente pensitantes, melius esse, ac publico utilius, CHRISTI in his terris Ministros, nec non alias personas Ecclesiasticas in oneribus & exactionibus publicis sublevare, vel penitùs præterire, quàm contemtâ religione, aut contemto ordine Ecclesiastico salutem publicam modicè quærere, *Dn. Mevius dict. disputat. thes.* 19. præsertim cùm Clerici maxima divini cultus ministeria perficientes cum cæteris Ecclesiasticis rebus communibus plurimum proficiant, monente *Constantino in Epist. ad Anilium. Euseb. lib. 10. Histor. Eccles. cap. 7.* Videatur *Dn. D. Bartholdi Krakevitz p.m. Generalis quondam in Pomerania Superintendentis*, Christliches Bedencken / warum die löbliche Obrigkeit der Diener der Kirchen GOttes ausser unvermeidlicher

Noth

Noth mit Steuren und Anlagen zu überſehen / *impreſſ. Grypbiswald. Anno* 1627.

XXXIV.

Clericorum nomine cùm etiam Academiarum Profeſſores veniant, *Tiraquell. de privileg. piæ cauſæ. verſ. item relictum. Horat. Luca. de privil. Scholar. p. 2. in pr.* non inconvenienter de his proximè quæritur, num iidem quoque omnimodâ immunitate gaudeant? Id quod non modò de ipſis Profeſſoribus, verùm etiam de eorum viduis, liberis ac miniſtris ſimpliciter affirmamus, & quidem, quantum ipſorum Profeſſorum perſonas ſpectat, quis de his dubitet? quando Conſtantinus Imperator Profeſſores unà cum rebus ſuis, quas in civitate posſident, ab omni functione & ab omnibus muneribus vel civilibus, vel publicis, etiam patrimonialibus immunes eſſe voluit *in l. 6. C. de Profeſſ. & Medic.* dum autem dicunt omnibus, nihil excludunt, quippe geminatio multum operatur, & enixam diſponentis voluntatem innuit, ut amplius contra *Thoming. Deciſ.* 55. *num.* 10. *& Heig. quæſt.* 17. *num.* 18. oſtendit *Anton. Perez. in Cod. d. t. num.* 4. Quod eò usque à Dd. rectè extenditur, ut ne quidem in caſu extremæ necesſitatis bellicæ patriæ imminentis ad contributiones adſtringantur, niſi prorſus reliquorum Laicorum deficiant facultates, *l. 2. C. qui ætat. vel profeſſ. ſe excuſ. Perez. d. l. num. 8. & ad tit. Cod. qui munerib.* imò rectè extra domos Academicas, etiam ad provinciales, ubi, ubi illæ poſitæ ſunt, modò actu ab ipſis inhabitentur, tum bona poſtmodum quæſita extenditur, per *l. 11. C. de Profeſſ. & Medic.* ob id, quod perſona privilegiata, ſi ab omnibus oneribus immunis, bona poſtmodùm quæſita etſi olim provincialia, ad perſonæ ſuæ concesſique immunitatis

 privi-

privilegii naturam revocet, nec non immunitas personæ concessa comprehendat tam bona præsentia, quàm futura, *Alexand. Cons. 93. cas. 3. lib. 2. Jason. Cons. 25. lib. 3. Paris. Cons. 68. num. 9. lib. 1. Menoch. Cons. 70. lib. 1. num. 2. Ruin. Cons. 217. num. 17. Vol. 1.* Quod autem viduas eorum attinet, ratio in aperto est, quia sunt imago viri prædefuncti, & quamdiu in viduitate subsistunt, perinde habentur, ac si adhuc in illo cum ipsis viverent matrimonio, *l. fin. C. de bon. mat. Luc. de pen. in l. 3. C. de privileg. Schol.* unde meritò eorum privilegiis fruuntur, *l. 2. §. fin. C. de Episcop. & Cleric. d. l. 6. l. ult. circa fin. C. de Profess. & Med.* Quoad liberos tandem, quia una cum patribus persona censentur, *l. ult. C. de impub. & aliis substit.* & hinc æquale cum parentibus privilegium sortiuntur, *l. ult. C. de fabricens. l. fin. C. de præpos. agent. in reb.* ad ultimum quoad famulos & ministros, quoniam privilegia & immunitates ad personas accessorias, sine quibus exerceri nequeunt, rectè extenduntur, *l. 2. C. de Episc. & Cler. Enenkel de privil. JCtorum lib. 2. cap. 4. num. 100. & de privileg. milit. lib. 1. cap. 9. num. 37. Matth. Stephan. de Jurisdict. lib. 2. part. 2. cap. 6. num. 4.* Sed utrum idem juris sit in Universitatis tabellionibus, seu Notariis, Pedellis, Typographis, Bibliopolis & Librariis, vetus est disputatio: Rectè judicant, qui has personas, modò tamen Academiæ juramento sint obligatæ, Constitutionis, *Auth. Habita. C. ne fil. pro patre.* & per consequens omnium immunitatum participes faciunt, quoniam prout horum operâ Professores & Studiosi crebrò utuntur, ita rectè inter eorum personas accessorias numerantur, è quo iisdem propterea immunitatibus perfruuntur, dum privilegia ad personas accessorias, sine quibus exerceri nequeunt, uti dictum, continuò exten-

tenduntur, *c. cui licet. 53. ubi Dyn. de Regul. jur. in 6to l. in omnibus causis. ff. eod. l. 2. de Jurisdict. Rebuff. privil. 165.* Quemadmodum privilegium pauperibus datum ad illorum ministros pertinet, *Oldrad. Cons. 11.* & prærogativa militum etiam ad eorum familiares porrigitur, *Cyn. in l. 1. ff. de jur. militar.* adde *Rebuff. privil. 166. n. 4. Menoch. de arbitr. jud. quæst. cas. 376. n. 8. & 9. lib. 2. Cent. 4.*

XXXV.

Quid de Nobilibus dicendum, post superiora evolvere non disconducit: Etsi autem magna est Nobilium eminentia, eò quod Nobilitas divino non magis, quàm profano jure multùm commendetur & honori ducatur, latius deducente *Tiraquello de Nobilitate cap. 21. num. 1.* Unde Nobiles præ cæteris ad publicos honores Magistratus & dignitates in Republ. assumi experientia docet, eosque à tutelâ tanquam munere publico excusari, legibus Romanis cautum, *l. à muneribus. ff. de vacat. muner. l. non tantum. §. Iliensibus. ff. de Excusat. tutor. Tiraquell. d. l. cap. 37. num. 16. & 17.* atque ex hoc immunitatem quoque ab omnibus oneribus promerere videntur, sicuti plerique in Germania, Gallia & aliis provinciis ex particulari concessione Principum & introductâ consuetudine à Collectis exemti & liberi visuntur, *Ægid. Thomat. de Collect. §. exactio à princ. ad num. 17. Frider. Mindan. de Mand. lib. 2. cap. 46. num. 14. Petr. Heig. p. 3. quæst. 18. n. 22.* modò nobiliter vivant, & nullam mercaturam exerceant, *d. Thomat. in §. Nobilitas. n. 2. Guid. Pap. Decis. 196. & 391.* quod etiam ad eorum uxores & viduas se extendit, *Mansver. in sua prax. tit. de Tall. num. 9.* utpote quæ radiis maritorum corruscant, per *l. fœminæ. ff. de Senat.* Attamen cùm illud in his speciale sit ob concessum privilegium, quod tamen æquè de

provincialibus tantùm, non imperialibus intelligendum, unde statim partialem saltim exemtionem arguit, insuper etiam sola Nobilitas vacationem per se haud tribuit, *Thomat. de Collect.* §. *exactis. n.* 1. *cum multis seqq. Rosenthal. de feud. cap. 8. conclus. 51. Choppin. de domanio lib. 1. cap. 14. num. 9. Tiraquell. d. l. de Nobilit. cap. 20. n. 165.* Quamobrem in Anglia, Hispania & Germania regulariter ratione tributorum nulla immunitate donantur, *Bodin. lib.* 1. *de Republ. cap. 6. p. m. 72. Ludovic. Molin. de primogen. Hispan. lib. 1. cap. 19. num. 44. Modestin. Pistor. Cons. 4. num. 1.* Hinc tutius est asserere: Nobiles regulariter ab onere Collectarum neutiquam immunes esse, quæ assertio adeò strictam interpretationem accipit, ut etiam is, qui de comitatu quodam sub clausula frey geruhelich ohne Steur investitus, licet exemtus à præstatione Collectarum provincialium, non tamen immunis sit ab onere Collectarum imperialium, *Modest. Pistor. Cons. 4. num. 6. & seqq. v.* 1. Quia harum remissio in totius imperii præjudicium vergit, atque ideo Cæsar ipse non potest alicui ex plenitudine potestatis ab his Collectis immunitatem concedere, quippe in communi periculo non fas est aliquem eximi, *Gail. 2. Observ. 56. num. 1.* sed omnes in commune utilitatibus publicis obedire, & subvectionem sine dignitatis privilegio celebrare tenentur, per *l. 1. C. de navib. non excus. lib.* 11. dum jura Regia non solùm pro sustentatione Regis, sed ad onera quoque supportanda destinata sunt. Unde nec libera Nobilitas Franconiæ, die freye Ritterschafft/ welche ohn Mittel der Käyserlichen Majestät und dem Reiche unterworffen/ ab ejusmodi Collectis, inter quas maximè convenit numerare subsidium contra Turcam, exemta, §. Demnach 58. R. A. *de anno 1542.* zu Speyr/

 §. Wie-

§. Wiewol nun Chur-Fürsten 2c. *ibi*, Sie seyn *exemt*, oder nicht *exemt*, gefreyet/ oder nicht gefreyet. 95. *de anno* 48. Quod porrò usque adeò verum, ut etiam ipse Imperator de bonis & ditionibus suis, quas tanquam Princeps imperii possidet, contribuere teneatur, *l. per rem privatam. C. de privileg. dom. august. Toming. Decis.* 55. *num.* 21. Rovenstrunck *de Contrib. num.* 95. Acquiesco propterea jure merito in superiori negativa sententia, quam in tantum Dd. & Publicistæ hactenus assensu exceperunt, ut ne quidem consuetudine, aut præscriptione Nobiles in hac causa se tueri posse affirment, quo minus pro feudali etiam prædio ad munera patrimonialia obstringantur, publicâ exigente necessitate sive belli, sive redemtionis personæ Principis, vel etiam Status ejusdem conservationis, vid. *Peregrin. de jur. fisc. lib.* 6. *tit.* 8. *num.* 25. *& seqq. Balb. de præscript. part.* 2. *principal.* 9. *num.* 7. *Natta Cons.* 304. *num.* 9. *&* 10. *lib.* 2. *Modest. Pistor. dict. Cons.* 4. *num.* 24. *& seq. lib.* 1.

XXXVI.

Visis hactenus personis ordinariè collectari solitis, visis etiam iis, quæ non nisi in casu extimæ necessitatis ad onera personalia & extraordinaria obligantur, aliàs per omnia his ipsis eximuntur, ordinis ratio postulat eas exponere, quæ non minus è concessionibus Principum vacationem, vel excusationem ab iisdem certâ ratione accipiunt: Inter has referuntur I. Doctores Legum & Licentiati etiamsi actu non legentes, advocando tamen utilem Reipubl. operam navantes, *l.* 6. *C. de Profess. & Medic. ibi, Doctores Legum. Roland. à Vall. Consil.* 11. *num.* 21. *vol.* 2. *& Consil.* 66. *num.* 36. *&* 37. *lib.* 1. *Natta Cons.* 486. *num.* 1. *lib.* 3. non æquè Bullati; *l.* 7. *C. de Profess. & Medic.* Ratio est de prioribus, quia dirimunt

munt ambigua fata causarum, suæque defensionis viribus in rebus sæpè publicis ac privatis lapsa erigunt, fatigata reparant, nec minùs provident humano generi, quàm si præliis atque vulneribus patriam parentesque salvarent, *l. 14. C. de Advocat. diverſ. judic.* & Licentiati propterea, quod eadem essentialia in his quoque desiderentur, adeoque quoad favorabilia pro Doctoribus æstimentur, *Rol. à Vall. d. l. num.* 19. sed posteriores Doctorum legitimè creatorum privilegiis nunquam perfruuntur, *Matth. Coler. de Proceſſ. Execut. p. 2. cap. 3. num. 135. Treutler. vol. 1. diſp. 1. theſ. 7. lit. A. ibique Bachov.* II. Principum Consiliarii, etiam loco, non tamen è scelere moti, *l. 12. C. de dignit. l. fin. ubi Gloſſ. ff. de Decur.* horumque viduæ, eò quod curandis Principum negotiis non minus quàm communi totius Reipubl. bono assiduam curam & insomnes sæpè noctes impendant, *Gvid. Pap. Deciſ.* 377. *&* 379. III. Consules, Syndici & Senatores civitatum, quia horum curâ atque operâ communis tranquillitas sustentatur, *l. 4. l. 14. C. de dignit. Mindan. de Mandat. lib. 2. cap. 45. num. 14. p. m. 315.* IV. Scholarum trivialium Magistri & Præceptores, quoniam verba *Auth. Habita. C. ne filius pro patre*, sunt generalia in verbis: *Omnibus Scholaribus*, & mox *ad loca, in quibus literarum exercentur ſtudia*, tum quia rationes, propter quas Imperator privilegia Studiosis indulsit, omnibus Scholaribus sunt communes, *arg. l. illud. ff. ad L. Aquil. l. adigere. ff. de jur. Patron.* V. Vasalli, tam nobiles, quàm ignobiles quoad bona feudalia, *Mynſing. reſp. 1. num. 28. & 40. decad. 15. Heig. p. 1. quæſt. 18. num. 17. & ſeqq. Knich. de pact. veſtit. p. 2. cap. 5. num. 26. Cothman. Conſ. 11. num. 32. vol. 1.* tum quia ex feudis præstant servitia, ideoque duplici onere non gravandi, *l. 4. in fin. ff. ad L. Rhod. de*

jact.

jud. l. Titia. 32. §. 3. ff. de Legat. 2. tum quia ratione subjectionis solvuntur tributa, quæ non est ex Vasallagio, *Clem. Pastoralis de sentent. & de re judic. Wesenb. Conf. 1. num. 57.* tum maximè, quod nulli bono in investiturarum pactionibus determinarentur servitia, si in aliis causis libera seniori, vel Domino feudi interim remaneret facultas onera imponendi, *Gloss. in cap. 1. §. ult. de capitat. qui curialib. vend. arg. l. cùm Prætor de Judic. Jacob. de S. Georg. in verb. dicti Vasalli promissa debita servitia. num. 28.* Et quamvis non desint, qui putent, utique feudorum Dominis permitti, Vasallis suis certis in causis Collectam imponere, sicuti etiam ipsis Vasallis indulgeatur à subditis suis iisdem in casibus rursum aliquid exigere, puta, vel pro exercitu Imperatoris, vel transitu, pro elocatione filiæ, filiove in militiam mittendo, aut liberando Domino, vel acquisitione novi territoris, aut alicujus partis, *Boer. Decis. 126. & seq. Cujac. in usib. feud. lib. 2. tit. 7. p. 133. Mynsing. Centur. 5. Observ. 21. Jul. Clar. Recept. sentent. §. feudum. quæst. 29. Menoch. de arbitr. jud. quæst. lib. 2. Cas. 181.* tantum tamen abest, ut suffragium mereantur, quando ne literam quidem pro hac sententia scriptam è jure feudali afferre queunt, quod verò consuetudine quibusdam in Locis circa hujusmodi collationes introductum, non ad juris scripti necessitatem trahendum, aut pro jure communi feudali venditandum, quare potiùs contra hos tenendum, Dominos inferiores, ne in præfatis quidem causis posse subditos, aut vasallos suos collectare, nisi è consuetudine, vel præscriptione jus illud acquisiverint, *Thomat. de Collect. §. ne scienter. n. 2. & seqq. p. 345. Ferdinand. Vasqu. Controvers. illustr. lib. 1. cap. 7. n. 3.* multoque magis dicendum, Vasallus ad extraordinariam collationem præ-

ſtandam à Dominô ſuo urgeri non poſſe, in tantum, ut Collectæ ita indebitè ſolutæ, neque earum præſtatio poſteris præjudicium inferat, *Innocent. in c. bonæ de poſtul. Prælat. Vasqu. Controv. Illuſtr. lib. 2. cap. 83. num. 27. Schrad. de feud. part. 10. ſect. 4. num. 114. & ſeq.* Unde jam generalis infertur Regula: Principem vel Dominum ſuperiorem regulariter nunquam poſſe à Nobilibus ſuis, aut Vaſallis ad ſervitia ordinaria obligatis extraordinariam collationem exigere, quia dum ad ſervitia ordinaria tenentur, iniqvum eſt, eos ad pecuniarias quoque intributiones adigi, id quod duplicatum involvit onus, à quo in argumento publicorum munerum ſedulò cavendum, *l. honorem, ubi Gloſſ. de munerib. & honorib.* VI. Demùm Emphyteutæ in bonis à Principe in Emphyteuſin datis, ratione quorum nulla unquam ſordida munera vel extraordinaria agnoſcunt, etiamſi ea cæteris indicantur, non enim ſunt in Pari conditione, cùm plus quàm cæteri canonis titulo inferant, *l. 10. C. de excuſat. muner.* Nec intereſt, utrum ad tempus titulo conductionis, vel in perpetuum ex liberalitate Principis fundi patrimoniales ab iis teneantur, nam utrovis modo nihil extra ordinem, vel pretii nomine conferre coguntur, *l. 15. C. eodem.*

XXXVII.

Prout autem hæc immunitas enarratis perſonis à perſonalibus & extraordinariis Collectis allegatis ex cauſis propitio jure conceditur, ita tamen non eſt perpetua, aut in Caſibus neceſſitatis publicæque utilitas ſufficiens: Ab illis enim, quæ publicæ utilitatis, aut neceſſitatis cauſâ imponuntur, nemo horum eſt immunis, per *text. in l. 10. C. de annon. & tribut. l. un. C. ut nemin. lic. in empt. ſpec. ſe excuſare. l. 21. C. de Decur. l. 2. 5. 6. & ſeq. C. de munerib.*

nerib. patrim. l. un. C. de vacat. publ. mun. Ægid. Thomat. dict. tract. §. *exactis. n. 22. pag. 312. & seq. Rosenthal. de Feud. cap. 5. axiom. 74.* Atque hinc Clerici, Professores, Legum Doctores, Principum Consiliarii, Consules, Syndici & Senatores unà cum Scholarum trivialium Præceptoribus tempore summæ necessitatis, aut communis utilitatis, solo tamen in Casu, quando Civium Laicorum bona non sufficiunt, suum conferre tenentur, nihil enim tam sacrum sanctumque est, quod non necessitati subveniat? *Faber in Cod. lib. 9. tit. 29. defin. 26.* dum hæc nulli Legi subest, *l. 11.* §. *1. ff. de munerib. & bonorib. c. 4. in fin. X. de Consuet. Sebast. Medic. de Cas. fort. p.* 1. *quæst. 6. num. 1. Card. Tusch. pract. conclus. tom. 5. lit. N. conclus. 19.* Quin potiùs Lex & jura necessitati cedunt, *l. 5.* §. *prætereà generaliter & seq. ff. de nov. oper. nunciat. l. 21. C. de SS. Eccles. Hartmann. Pistor. lib. 1. quæst. jur. 6. num. 56. & seq. Sixtin. de Regal. lib. 2. cap. 7. num. 62. Daniel. Moller. lib. 3. Semestr. cap. 44. num.* 6. Jure tunc Vasallus, si pro defensione provinciæ suæ Dominus non auxiliario tantùm, sed etiam stipendiario milite indigeat, & non Cives tantùm ipsi, sed & Vasalli in aciem prodire coguntur, mediis aliis deficientibus, ad Collectam aliquam extraordinariam omninò obligatur, *Thomat. d. tract.* §. *exactis. num. 19. pag. 303. Roland. à Vall. Cons. 1. num. 76. & seq. tit. 2.* prout etiam in Casu, quando ad propulsandam Tyranni Turcici invasionem vel copiæ conscribuntur, vel publica indicitur Collecta, ad hæc onera subeunda æque obstringitur, eò quòd à Collectis imperii ob publicam necessitatem indictis nulli ordines excusentur, *Mynsing. lib. 4. Observ. 70.* Uti etiam videre est in Recessibus Imperii *de anno 1495. princ. & de anno 1500.* passim, tum *anno 1541.* §. Und nemlich sollen alle

H 2 &c.

&c. juncto §. Es sollen auch alle Chur-Fürsten &c. & immunitas utut ab omnibus oneribus ordinariis & extraordinariis, solitis & insolitis concessa nunquam extendatur ad onera ratione belli, vel alius publicæ necessitatis imposita, utpote de qua verisimiliter ab initio non cogitatum, *Andr. Gail. lib. 2. Observ. 52. num. 26. Bursat. Cons. 16. num. 22. & seq. Lib. 1. & Cons. 142. num. 5. & seq. Cons. 161.* Tandem non minùs Emphyteuta ad Collectas publicæ utilitatis causa indictas tenetur, ut tradit *Joh. Tilm. de Benign. in suis Camer. Observ. 34.* licet illas vicissim à canone pro rata fructuum deducere non prohibeatur, *Thomat. §. pauperes. n. 25.* nisi fortè ob exiguitatem hujusmodi deductio foret difficilior & partim curanda, *arg. l. scio. ff. de restit. in integr. Menoch. de arbitr. judic. quæst. Cas. 562. n. 29.* imò non minus ad itinera munienda obligatur eo, quod, quicquid in Commune omnibus profuturum sit, ab eo se jungi nequeat, *l. 1. C. de collat. fundor.*

XXXIIX.

Post causas necessitatis, vel utilitatis publicæ, quæ immunitatem plerisque regulariter aliàs concessam ad tempus tollunt, aut suspendunt, dantur & aliæ perpetuæ, propter quas nemo, quantumvis privilegio munitus, excusari potest, ut sunt I. munus comparationis, vel emptionis frumenti, vini aliarumque specierum tempore famis, belli, vel alterius publicæ necessitatis, *l. ult. C. de quib. munerib. vel præst. nemo &c. l. un. C. ut nemin. lic. in empt. spec.* II. Munus transvectionis specierum victualium tempore expeditionis, quo exercitus Principis de una provincia in aliam transit, ad quam omnes tam divites, quàm pauperes vocantur, pro suæ possessionis jugationisque proportione, *l. 2. C. de quib. munerib. vel præst.*

nemin. quæ onera in juga & capita, quaternæ filique definiuntur, *C. Theodos. lib. 12. tit. 4.* atque hinc pensitatio, vel jugatio vocantur nec minus à prædiis & fundis, de quibus præstantur, frumentaria tributa. Nec est, quòd conquerantur pauperes & infimi da onere isto sibi imposito; quandoquidem id etiam subunt majores, quos non excusat dignitas, aut alia prærogativa, quæ à muneribus solet excusare, *l. 6. §. 4. ff. de munerib.* Quâ de causa Imperator universos sine ullo privilegio coarctari ad necessitates Illyricanos constituit, *d. l. 1. C. de quib. muner. vel fistat. nem. lic. se excip.* intelligit ad annonam, & alia, quæ conferebantur militibus in Illyrico manentibus, juxta *l. 5. C. de annon. & trib.* Hoc quod maximè æquitati consentaneum: Cùm enim pacis tempore cives omnes magna commoda sentiant, meritò ad pacem iterùm consequendam belli tempore onera subterfugere non debent, nec se possunt excusare, ubi agitur de salute omnium in uno capite conservanda. III. Angariæ, Parangariæ & plaustra, quæ sunt operarum præstationes, quæ subditis propter repentinum aliquod negotium à Principe vigore jurisdictionis territorialis indicuntur, & equis, jumentis, plaustris & navibus absolvuntur, da man der Obrigkeit mit Wagen/ Pferden und andern frohnen muß/ *Balthas. de jure oper. rustic. cap. 3.* Nam cùm Princeps imminente belli periculo, ut hostes expellat, iter arripit, vel cum exercitu proficiscitur, omnes subditi solita ministeria illi debent exhibere, *l. 2. C. eod.* Cavendum autem est circa hanc angariarum & parangariarum exactionem,

modicè ac pro lubitu indicúntur, subditi de sœvitia Dominorum probabiliter docentes in Camera Imperiali mandata sine clausula impetrare & obtinere possunt. Imò operæ indeterminatæ ad æquitatem ibidem reduci ac determinari solent. *arg. l. f. C. quemadm. Civil. muner. l. f. C. de alluv. l. pen. §. fin. ff. de oper. libert. Gail. lib. 1. Observ. 17. Mynsing. 5. Observ. 8. Klock. d. l. cap. 2. num. 15.* IV. Extractio murorum vel pontium civitatis, ad quam universi cives sive proprias, sive conductas ædes inhabitent, continuò suum conferre sunt abstricti, per *C. 2. X. de immunit. Eccles.* cessante omni excusatione ac cuncta dignitate, *l. ult. C. d. t.* eò quòd sit causa publica, & utilis omnibus, à qua nemo se potest excusare, nec contra eam allegare privilegium aut speciale rescriptum, usque adeò, ut etiamsi tale Princeps Laico concesisset, tamen eò nihilo seciùs cogi posset, quia præsumitur extortum, & ad importunitatem supplicantis à Principe concessum, quod tendit in dissipationem Reipublicæ, cui omnes tenemur succurrere, *arg. l. in fraudem. C. de annon. & tribut. lib. 10.* Quamobrem etiam, quæ causam & utilitatem publicam concernunt, omnia privilegia quocunque titulo concessa cessare faciunt, utpote pro cujus salute statuta & leges transgredi licet, *Nicol. Festas. de Collect. p. 1. cap. 1. n. 27. p. 4. c. 7. n. 54.* imò pacta & transactiones, §. Nachdem num. 9. §. Demnach sollen &c. *11. R. A. de Anno 1594.* Num verò Clerici per conventiones, præscriptionem ac privilegium, aut speciale rescriptum ab hisce oneribus refectionis fontium, portarum & viarum eximi possint, non inconvenienter quæritur? ubi affirmativam cum Magnif. Dn. B. Mevio *part. 6. Decis. 127. num. 3.* meritò amplector, sicut & usus multorum locorum id demonstrat.

XXXIX.

XXXIX.

Postquam è Superioribus patet, nonnullis in Republica à plerisque oneribus immunitatem concedi, & hinc utique in reliquos cives onerum publicorum aggravatio, atque ex hac magna iterum animorum dissensio redundat, vel, si exemtorum tributi portionem Princeps in se transfert, publici ærarii imminutio ex hoc resultat, non facilè Princeps præsertim quoad extraordinarias Collectas ulli alicui immunitatem concedat, nec uni tantum Reipublicæ parti, sed toti corpori æqualiter studeat, beneficium enim quibusdam datum plebis est injuria, per *l. omnes. C. Theodos. de Lustr. collat.* Quare in publicum utilius, ut omnes subditi æqualiter pro facultatibus suis & conditione munera Reipublicæ subeant, præsertim dum conducit, à Legum observatione neminem eximi, utque omnes uno spiritu regantur & ducantur. Unde nunquam nisi ex veris & probatis causis immunitatem concedat, sive perpetuam, sive temporale, hæc tantem tamdiu durat, quamdiu causa, ob quam concessio facta est, existit, *l. 1. C. de Professor. & Medic.* Illa etiam à muneribus patrimonialibus excusat, si nominatim id Princeps in sua concessione expresseret, *l. 11. ff. de vacat. muner.* Sed utrum Princeps alicui ob benè merita, vel aliam justam causam in præjudicium tertii & contra Universitatem concedere valeat, de eo in diversa abeunt Dd. sententiarum divortia, Affirmativam in præsens tueri placet per ea, quæ prolixioribus afferunt, *Cravett. Consil. 135. num. 41. & 42. Curt. Sen. Consil. 66. Richter. part. 1. Consil. 21. num. 27. & Consil. 23. per tot.* de eo tamen Principe tantùm, qui

num. 2. Richter. dict. loc. Consil. 23. num. 15. & 47. Notum enim est, quòd ob rationem civilem justamque causam Princeps è plenitudine potestatis jus suum alteri auferre possit, *Bald. & Angel. in l. 2. C. quadr. praescript. Cravett. dict. Consil. 135. num. 42. in verb. ex qua causa justa potest Princeps. Richter. dict. loc.* praecipuè si apparet, Principem alteri voluisse gratiam facere, *Decius Consil. 198. num. 7. Klock. de Contribut. cap. 16. num. 32. & 37.* Atque hoc privilegium immunitatis, ob benè merita concessum, Princeps nunquam revocare potest, *arg. l. ult. C. de acquirend. possess. & eorum, quae tradunt Decius Conf. 445. num. 22. Tiraquell. in l. si unquam. num. 14. C. de renovand. donat.* ne quidem è plenitudine potestatis principalis, *Scheplitz. ad Consuetud. Brandenburg. part. 2. tit. 8. §. 3. num. 2. per plures ibi allegatos.* quoniam transeat in vim contractus, *Scheplitz. ibid. Richter. part. 2. Consil. 21. num. 30.* multò minùs ad bonum publicum, vel utilitatem tertii irritum reddi, aut everti, argumento eorum, quae à contrario affert *Cravetta dict. Consil. 135. num. 43. & 45.* Verùm, an hujusmodi immunitatis privilegium simpliciter in aliquem collatum realem vel personalem immunitatem involvat, quaestionis est, pro hujus resolutione multum conducit, causam concessae immunitatis attendere, utrum ea principaliter personam ejusque merita, an bona afficiat; quòd si personam, omninò personalis est, *l. 3. C. de excusat. muner.* arsi verò, verba conferentis referantur ad rem, ut, quia bona illius, cui concessa est immunitas, jubentur esse exempta, realis rectè censetur, *l. 4. §. 3. ff. de censib.* in dubio tamen magis est, ut pro personali accipiatur, & consequenter ad haeredes non transeat, *Gail. lib. 2. Observ. 2. Hartman. lib. 2. Observ. 27. tit. de Censib.*

XL.

XL.

Cognitis jam antè personis collectantibus & collectandis, nec non impositionum modis & causis, tum plerorumque exemptionibus, proximum erit videre, quomodo & jus collectandi amittatur: Collectandi autem jus ut plurimum temporis lapsu, cujus intervallo non fuit exercitum, seu præscriptione perimitur; Cum enim ipsa Superioritas præscribatur, *Dd. in c. non liceat. X. de præscript.* sequitur & censum in signum Superioritatis dari solitum præscribi, ne fortius sit signum, quàm signatum, *Panorm. in c. ad audientiam. n. 18. X. d. t. Gail. de arrest. c. 7. num. 24. Dd. in l. competit. C. de præscript.* quod etiam indigitat. §. Wo aber innerhalb. 64. §. Und soll unser etc. 54. ibi. Ob einer des Reichs Anschlages befreyet / dawieder / wie in solchen Fällen recht ist / præscribiret / & §. Wann auch etc. 56. ibi. daß er je in Menschen Gedächtnüß etc. R. A. *de anno 1548.* Requiritur autem ad hanc præscriptionem I. tempus immemoriale, ut ex dicto Recessu apparet, quod vim habet constituti & consuetudinis, *l. 1. §. fin. de Aqu. pluv. arcend. l. hoc jure. §. aquæ ductus. ff. de aqv. quotid. & æstiv.* imò tantum operatur, quantum expressa Imperatoris concessio, vel speciale privilegium, aut ipse Imperator, *c. 36. §. prætereà. X. de V. S. l. 3. §. 4. ff. de aqv. quotid. Isern. in c. un. in verb. flumina quæ sunt Regalia.* Sicuti etiam hujus lapsu Regalia acquiruntur, nec minori perduntur, §. wo aber innerhalb 103. R. A. *de anno 1576. c. super quibusdam. dict. §. prætereà X. de V. S. Gail. lib. 1. Observat. 21. num. 15.* Ratio est, quia ex immemoriali tem- [...] consensus Imperatoris, ut aliâ proba-

finistram præsumtionem excludit, plenissimamque parit securitatem, nullâ admissâ de malâ fide aut titulo quæstione, *c. si diligenti. 17. X. de præscript.* supplet enim ejusmodi præscriptio omnem defectum, illudque, quod aliàs irritum aut invalidum est, firmat, corroborat & validum reddit, siquidem inducit præscriptionem juris & de jure *cap. 1. de præscript. in 6. in fin. etiamsi Nicol. Festas. cap. 4. n. 2. dict. tract.* cursum tantum 40. annorum sufficere putet. II. Bona fides, quæ in omni præscriptione adesse debet, *Mynsing. cent. 4. observ. 6. Gabriel in comm. opin. tit. de præscript. conclus. 1. num. 57. & seqq.* III. Ut is, qui præscriptionem prætendit, ad solvendum interpellatus id recusarit, & ita cæteris præscriptionis requisitis concurrentibus posteà legitimo tempore nihil præstiterit, *Rosenthal. de feudis. cap. 5. conclus. 84. num. 2. & 3.* Tum maximè omnis fraus & dolus debent abesse, & tunc soll er bey dem alten Herkommen gelassen / und darüber nicht beschweret werden / doch daß hierinn kein Geferhrde noch ungebührlicher Vortheil gesuchet werde / §. über solches &c. 57. R. A. de anno 1548.

XLI.

Ad ultimum, cùm parum prosit Collectas indicere, nisi etiam competat exigendi remedium seu actio, quâ peti queant, pauca de hac subjicere operæ pretium erit. Oritur autem inde actio & personalis & realis, *Castrens. in l. 2. n. 5. C. si sine cens. Thomat. §. retenta. num. 31. & seqq. l. 5. §. 1. & 2. ff. de cens.* Personalis ex pacto & consensu, placitando collectas, vel patiendo res describi, sive ad librum æstimi redigi, *l. 1. ff. de pact. Nic. Balb. in cons. post. 68. Decis. Cacheran. n. 23. Thomat. in pr. n. 10. & seqq. §. exposuimus. n. 55. §. ex actio. n. 37. & 50.*

vel

vel ſubeundo incolatum & Domicilium, *d.* §. *exactio. n. 10.* Realis ex re, cui Collecta indicta eſt, *l. auffertur.* §. *fiſcus. ff. de jure fiſci. l. 1. C. ſi prop. pub. penſit. l. 1. C. in quib. cauſ. ping. tac. contrah.* §. Alſo auch ſo der Nachſteur halber etc. 83. R. A. *de anno 1594.* Ex Collectis verò, quæ forenſium bonis imponuntur, non niſi realis actio naſcitur, *Gail. lib. 2. Obſerv. 52. n. 22. Thomat.* §. *retenta. n. 31.* § *videndum. n. 22.* §. *ſanè. n. 16.* quâ agendo in rem & fructus poſſeſſor cauſativè ad ſolutionem compellitur, *Franciſc. Lucan. de fiſc. part. 3. n. 8.* In hiſce, quoties fiſcus agit, celerior eſt expeditio, & executio promtior, *Coler. de proceſſ. execut. p. 3. c. 2. num. 42. Gail. lib. 1. obſerv. 20. per tot. & lib. 2. obſerv. 52. n. 2.* & ad ipſius inſtantiam in Camera Imperiali decernuntur mandata ſine clauſula ſub bœna banni, vel privationis privilegiorum contra Dominum: Ad inſtantiam verò Domini contra ejusmodi moroſum in ſolutione Collectarum, vel ſubditum, decernuntur mandata ſub pœna dupli, *arg. l. fin.* §. *Divi. ff. de publ. & vectig. Forſter. in proceſſ. Camer. tit. 10. Bocer. de Collect. cap. 13. n. 9. Klock. de contrib. cap. 18. n. 129.* Quod etiam in Receſſibus Imperii de anno 1566. 70. 76. 82. 94. conſtitutum, & de novo confirmatum in ultimo de anno 1654. §. 10. Würde aber deme nicht nachgelebet &c. ibi, ſo ſoll der Säumige nach vorhergegangenen extrajudicial monitorio je und allewege / ſo offt ſich ſolches begebe / in ein Marck Goldes / oder wann ſich ſein Ungebühr höher erſtrecket / das duplum deſſelben zur Straffe verfallen ſeyn / und darauff die Execution vorgenommen wer-

Et hæc de Collectarum materia admodum diffusa disseruisse sufficiant, cætera ex aliis, sive Politicis, sive JCtis colligenda diligendi Lectori relinquimus, & ubi gratias summo Numini egimus, quòd facultatem & otia ad hoc clementer indulserit, lineam hîc figimus, benignum Lectorem rogantes, ut, si quid minus cum cura explicatum invenerit, partim brevitati temporis, quâ hæc in chartam conjecta, partim aliis negotiis adscribat, conatumque magis, quàm elaborationis formam, sicubi in ea erratum, aut non omnia palatui arriserint, æqui bonique consulat.

DEO sit Laus & Gloria in æternum.